7 gunt.facit bene tex.in.l.insulam.§.j.ff.loca.alleg.in glo.† Confirmatur quia cũ mora sit delictum negligẽtie: vt habetur in.l.mora.ff.de vsur.Certe vbi est impossibilitas ibi nõ cadit negligentia: vt est bonus text.in.l.ꝙ te.in verbo si in potestate tua fuerit. ff.si cer.pe.Adde vltra prefatos scribẽ.qđ idẽ per istũ text.tenet
8 Lud.ro.in repe.rub.ff.de arbi.in.iῦ.col. ¶ † Intellige istud no. procedere in contractibus bonefidei vel in vltimis volũtatibus eis equiparatis in qbus solum angustie temporis subducuntur ꝛ actus remanet validus: vt hic.ꝛ.d.l.insulam.§.j.Sed in contractibus stricti iuris ista limitatio non pcederet cũ illos angustia temporis reddat nullos: vt in glo.vbi dicetur vnde nõ est tractãdum de cõmissione more.ita declarat istud no.Bal.alibi Ludo. ro.in.l.si ex legati causa.in prima charta.ff.de verb.obli.ꝛ credo
9 eãdem fuisse mentẽ Bal.ꝛ sequacium hic. ¶ † Tertio no.ex hoc tex.principaliter ꝙ angustie tpis q̃ cõcernũt executionẽ seu prestationem legati non vitiant ipm̃ legatũ: sed reῦciunt.ꝛ istud est qđ principaliter decidit iste tex. ¶ Limita istum tex.nõ procedere qñ impossibilitas seu difficultas causatur pp̃ter angustias ꝛ sic breuiatem temporis in prestãdo: tunc quia illa breuitas temporis est apposita per testatorem fauore legatarῦ: quia testator volet legatariũ quã citissime consequi: certe non vitiat legatum

[a] ¶ Homine. adde d hoc ꝛ vide per Bar.i.l.traditione.§.illo.ĵ.d act.ꝛ oblig.ꝛ qũo hoc intelligatur: vide per Alex.d imo.in cõsi. xlv.colũ.ῦ. circa fi.ꝛ in cõsi.li col.j. circa fi.i.v. volu.ꝛ per Sozi.i cõsi. cvῦ.col.iiῦ. vsi.sit ergo cõclusio.

ita loquit̃ tex.hic:ne inducta in fauorẽ retorqueantur in dãnum
cõtra.l.qd fauore.C.d legi.⁊.l.legata inutiliter.ff.eo.vbi dicetur
10 ⁊.c.qd ob gratiã.de reg.iur.in vj.†Secus qñ impossibilitas re-
sultat ꝓpter longitudinẽ tpis appositi prestationi legati:⁊ sic in
dãnum legatarij:tunc vitiat legatum etiã libertatis.tex.est no.
quem Ray.ibi dicit non esse alibi in.l.cũ heres.§.j.de statulib.⁊
ibi tex.in fi.assignat rõnem:q2 nec animus adest dãde libertatis.
Ita teneas ad illũ tex.q̃uis.d.Alex.hic in fi.alijs modis respõ-
deat cuius solutiones impugnant Moder.sené.hic:⁊ alio modo
respondent:sed reiectis omnibus alijs solu.teneas istam que est
verissima.¶Scdo limita ẽm Raph.cu.hic:ꝙ lz angustie tẽpo
ris rejiciantur quo ad dispositionem vt hic:non tñ rejiciunt̃ quo
11 ad conditionẽ.†Unde si testator aliqd mihi legat sub conditione
si infra triduũ faciam tale monumentum qd est impossibile:tale
legatum ẽm eum non valet ꝑ tex.in.l.si qs ita institutus.ff.de cõ
di.insti.licet glo.ibi videat̃ contradicere ẽm eũ.Tu cõfirma.naz
ideo impossibilitas adiecta cõditioni magis vitiat q2 conditio-
nes sunt magis precise ⁊ debent impleri in forma specifica.l.qui
heredi.⁊.l.meuius.ff.de condi.⁊ demon.Dic melius ꝙ text.i.d.
l.si qs ita institutus.solum dicit conditionem euanescere per hoc
nõ sequitur:ergo etiam legatũ euanescit imo in vltimis volunta
tibus conditio impossibilis rejicitur ⁊ legatũ pure valet.tex.est
clarus i.l.j.ff.de cõdi.insti.⁊ in.l.obtinuit.ff.de cõdi.⁊ demõ.⁊ ita
12 tenẽt gl.⁊ Bar.in.d.l.si qs ita istitutus.¶†Tertio mirabiliter
limita ẽm Rapha.cu.ꝙ licet angustie tẽporis rejiciant̃ de prin-
cipali dispositione legati non tamen rejiciuntur quo ad penam:
vnde si in casu huius.§.testator adiecisset penã si heres non de-
disset.ff.triduũ icidisset in penã q̃uis impossibile sic dare.allegat
l.multa.in prin.⁊.l.in testamẽto.prima.ff.de cõdi.⁊ demõ.Credo
ꝙ sit error manifestus:q2 leges allegate ꝑ Rapha.ꝓbãt totũ cõ
trarium ⁊ excusant a pena.Ad idẽ tex.in.l.insulam.§.j.ẽm pri-
mum intellectum glo.ff.locati.Item pena est accessoria:ergo re-
gulatur ẽm principale.l.si ita stipulatus.ff.de ver.obli.⁊.l.seius
⁊ augerius.ff.ad le.fal.Bene facit qd decidit bal.in.c.j.§.ad hec.
in tit.hic finitur lex cõra.vbi querit aliqs promisit domino Co-
miti virtutũ facere castrũ in.xxx.diebus sub pena ⁊ dedit fideiuf
sores certe ex breuitate temporis erat quasi impossibile facere an
incidat in penam.determinat ꝙ non per.d.l.insulam.§.j.⁊ ita te-
ne quia pene sunt odiose:ergo restringende.l.cum quidam.ff.de
lib.⁊ posthu.c.odia.de regu.iur.i.vj.¶Ultimo subtiliter no.ex
13 isto tex.ẽm ꝙ subtiliter põderat Bal.†ꝙ quãdo testator mãdat
aliquid fieri vel dari infra certũ tempus a die mortis sue:quod
est possibile prestari:non potest heres differre eo pretextu quod
velit deliberare:⁊ sic differre terminum ad deliberandum:quia
iste terminus immediate incipit currere a tempore mortis.Ra-
pha.cu.in fi.in vlti.verbis dicit ꝙ iste tex.parum facit.Tu dic ꝙ
imo multũ facit:quia si istud tempus certũ non inciperet curre-
re nisi a die adite hereditatis:certe tempus non rejiceretur tanq̃
nimis breue q2 heres posset tantum differre ad adeũdum ꝙ serui
ex gadibus interim Romã venirẽt.Imo.d.Alexã.⁊ cõmuniter
14 alij reprehendunt †quia cũ legata nõ possint peti nisi adita he-
reditate.l.ea quã.C.de fideicõ.certe tempus prefixum a testatore
a die mortis intelligit̃ ⁊ adite hereditatis sicut in simili supplet
glo.in.l.fi.§.j.in verbo delatam.C.de iure deli.¶Tu dic ꝙ istud
parum facit quia nõ sequitur legatum non debetur ante aditam
hereditatem ergo tempus prefixum a testatore non incipit ante
currere:non est bona consequentia quia imo currit ⁊ postea adi-
ta hereditate legatũ prebebitur quia tunc terminus erit lapsus.
¶Breuiter cõmunis conclusio est ꝙ terminus certus prefixus
a testatore post mortem suam incipit solũ currere a die adite he-
reditatis.l.iij.§.si quis heredi.⁊ ibi Bart.ad hoc not.ff.de statu.
lib.⁊ illum tex.ad hoc reputat sing.Bar.in.l.fi.in prin.C.de iur.
delib.tu adde similem tex.in.l.si hereditas in prin.eo.tit.Sed ad
ista iura posset facile respõderi ꝙ loquuntur in tempore assigna-
to legatario ad dandũ heredi qd nõ currit nisi ab adita heredita
te cũ non sit in potestate legatarij facere ꝙ heres adeat.secus est
in tempore certo statuto ipsi heredi qui potest adire quãdocũq̃
vult.idem tenet Bar.i.l.si in diem.in prin.per illum tex.⁊ ibidẽ
alij.ff.de condi.⁊ demon.Sed etiam ille text.posset retorqueri ad
oppositum dum dicit neq̃ initium tpis ascriptũ:tamen ista est
cõmunis cõclusio quã tenet Bal.in.l.vni.in.xij.q.C.de his q pe.
no.Ludo.roma.vbiq̃ in repe.l.prime.i.v.col.ff.si quis cau.⁊ in
cõsi.ccxxviij.inci.Pro plena discussione.in pmo dubio ⁊ in ꝯsi.
cccclx.inci.quo ad primũ ꝓposite cõsultationis articulũ.in quo
querit̃ an heredes.Itẽ tenet.d.Ant.de but.vbi limitat in consi.
lvij.inci.in questione surgente.¶Expeditis textua.Capio glo.
ij.in verbo angustias.quã diuide in tres partes principales.in
prima opp.⁊ dupliciter soluit.in secũda similiter oppo.⁊ dupli
citer soluit.in tertia colligit ex tex.no.deinde oppo.⁊ non soluit.
secũda ibi:itẽ contra.insti.eo.tertia ⁊ vlti.est ibi.item not.angu-
stiam temporis.¶I ea.glo.ibi sol.ibi inter viuos.Intellige.s.
stricti iuris.Ista doctrina cõiter tenetur per Bar.⁊ cõiter alios
15 hic †qd in cõntractibus bonefidei ⁊ in vltimis volũtatibus que
illis equiparantur angustie temporis non vitiant sed rejiciũtur
vt hic iuncta.l.insulã.§.j.ff.loca.Secus in contractibus stricti iu
ris vt in.ll.allegatis per gl.pro contrarijs.Istam so.tenent etiã
Bar.⁊ alij in.l.vni.C.de his que pe.no.⁊ in.l.continuus.§.illud.
ff.de verbo.ob.⁊ in.l.j.ff.de cõdi.insti.tenet etiã gl.vltra allegata
per Bar.in.l.ij.§.fi.ff.si quis cau.quicquid teneat Rapha.fulg.
in.d.l.insulam.§.j.⁊.in.d.l.vni.ad fi.Alex.hic ⁊ in.d.l.continuus.
§.illud.¶Tu vltra scribẽ.aduerte ad duo.pmo inquãtũ Bart.
⁊ docto.hic ⁊ in locis preal.arguunt quod sicut angustie tempo-
ris non vitiãt in cõtractibus bonefidei.d.l.insulam.§.j.Ita etiã
16 non vitiant in vltimis voluntatibus eo quia †vltime volũtates
habent instar contractuum bonefidei.l.in minorũ.C.de in integ.
resti.mino.istud non videt̃ vllo modo bene dictum ⁊ confundit̃
per doctri.eiusdemmet Bart.in.l.si heres.ff.de eo qd cer.lo.que
doctri.est indifferẽter ab oĩbus approbata vbi dicit Bar.ꝙ vlti
me voluntates equiparant̃ ꝯtractib9 bonefidei solũ quo ad duo:
Primo quo ad fructus:vsuras:⁊ interesse vt in vltimis volũta-
tibus incipiãt currere a tpe mortis sicut in ꝯtractibus bonefidei
Scdo quia si res soluta sit tradita deterior potest denuo agi ad
totam rem ac si non esset tradita sicut in ꝯctibus bonefidei.l.iij.
§.si reddita.ff.ꝯmoda.l.hmõi.§.heres.ff.eo.exceptis istis duob9
vltime volũtates non equiparãt̃ ꝯctibus bonefidei sed stricti iu-
ris.sed hic nõ sumus in aliquo ex istis duobus.ergo Bart.male
dicit.¶Si vis saluare Bar.oportet supplere istum tertiũ casuz
illi doctrine Bar.in.d.l.si heres.⁊ ita legendo illũ text.suppleui
istum tertium casum qd etiam vltime voluntates equiparent̃ cõ
tractibus bonefidei quantum ad angustias tpis adiectas dispo-
sitioni vt sicut nõ vitiant contractum bonefidei.d.l.insulam.§.j.
Ita etiam non vitiant vltimam volũtatem.casus est hic.Iste ter
tius casus necessario est addendus illi doctrine Bar.⁊ ita.ibi le-
gendo addidi.¶Tertio aduerte inquãtum Bar.⁊ scribẽ.tenẽt
17 †ꝙ angustie temporis non vitiant contractus bonefidei.d.l.insu
lam.§.j.nec vltimas volũtates vt hic:sed bene vitiant cõtractus
stricti iuris.d.§.loca.⁊.l.ij.§.si quis ita.allegata in glo.⁊ sic con-
tractus bonefidei ⁊ vltime volũtates equiparant̃ ⁊ discrepant a
contractibus stricti iuris.Nũc ostendam contra istam doctrinã
cõem ꝙ cõtractus bonefidei ⁊ ꝯctus stricti iuris in simili mate-
ria equiparant̃ ⁊ ambo discrepãt ab vltimis volũtatibus cõtra
18 illud qd tenent Bart.⁊ oẽs hic.†Nam conditio impossibilis in
differenter vitiat nõ solũ contractus stricti iuris:sed etiam quos-
cũq̃ contractus bonefidei.text.est no.in.l.non solum.ff.de actio.⁊
obli.⁊ tñ ego habeo ꝙ conditio impossibilis nõ vitiat legatũ nec
vltimas volũtates imo rejicit̃.text.est in.l.j.⁊ in.l.si quis ita insti-
tutus.ff.de cõdi.insti.⁊ in.l.obtinuit.ff.de condi.⁊ demõ.ergo vlti
me voluntates nõ equiparantur ꝯctibus bonefidei:cõra Bart.
⁊ doc.hic.nec contractus bonefidei differunt a contractibus stri-
cti iuris.Nemo in specie attingit hanc difficultatem per hũc mo
19 dũ nec vnq̃ ita tetigi.¶Rñde breuiter†qd illud qd dicũt Bar.
⁊ doc.hic.ꝓcedit quãtum ad angustiam tpis seu breuitatem tẽ-
poris.Contraria loquunt̃ quãtum ad cõditionem impossibilẽ ⁊
sic est materia separata.Ratio diuersitatis est in promptu.nã an
gustie tpis nõ respiciũt substantiã obligationis.sed eius presta-
tionem ⁊ sic executionem ⁊ cõsequenter respiciũt quoddam acci-
dens.s.diem vel conditionẽ.⁊ istud non est substantiale in dispo-
sitione.⁊ tunc non vitiant in fauorabilibus.⁊ vbi agitur de bona
fide.⁊ sic in vltimis voluntatibus ⁊ in ꝯctibus bonefidei.in istis
terminis proprie loquũtur Bart.⁊ scribẽ.hic.Sed conditio im
possibilis respicit ipsam obligationem ⁊ cõsequenter ipsam sub-
stantiã dispositionis.Nimiruz si vitiat nedum contractus stricti
iuris:sed etiam bone fidei.d.l.non solum.ẽm Bart.in.l.j.in.j.col.
ad fi.ff.de condi.⁊ demon.ista est propria differentia inter angu-
stias temporis ⁊ conditionem impossibilem.Et si dicas quãtum
ad conditionem impossibilem tu non tollis difficultatem quia
cõditio impossibilis indifferenter vitiat nedum cõtractus stricti
iuris sed etiam contractus bonefidei.d.l.non solum.⁊ tamen con-
ditio impossibilis non vitiat legatum nec vltimas voluntates
iuribus preallegatis ergo vltime voluntates non equiparãtur
contractibus bonefidei:contra Bart.⁊ doct.hic qui istam diffi-
cultatem non tollunt.Dico ꝙ ad hoc respondet solenniter text.
in.d.l.non solum.vbi formaliter dicit ꝙ in actis dependentibus
ex cõsensu seu voluntate duorũ vel pluriũ:nihil agi existimatur
apposita tali conditione quã sciũt esse impossibilem.pondera ꝙ
tex.ibi in assignatione rationis dicit cum mysterio in actu depẽ-
dente ex voluntate duorũ ergo vult secus esse in vltimis volun-
tatibus que dependẽt a voluntate vnius.s.testatoris ergo vult ⁊
bene qd si testator scienter apponat conditonẽ impossibilem:ta-
men non vitiat legatum nec vltimas voluntates:vt expresse di-
cunt leges

eunt leges p̄realle. ita declaro p̄sentē materiā Ratio rōnis est quia ab indepēdētibus a consensu duoꝝ est imputandum parti bus quare talē conditionē apposuerūt quā sciunt esse impossibi lem: sed in vltimis volūtatibus nihil potest imputari heredi vt legatario quare testator apposuerit cōditionem impossibilem. ¶ Ultimo circa sequens cōtrarium gl. Bar. refert aliam sol. gl. in. §. fi. insti. eo. ꝛ reprehēdit quia in hoc tex. testator grauauit he redem dare. j. triduum non autē grauauit constituere. Tu repre hende fortius quia si in hoc tex. heres fuisset grauatus ad consti tuendū ꝛ nō ad dandum ꝛ consequenter respicere solum graua men cōstituendi ꝛ nō prestationem legati nō essent angustie tem poris nedū in triduo vt dicit tex. imo nec in alio breuiori termi no ex quo cōstitutum potest breui admodū tempore fieri per he

1 redem quia heres statim potest constituere.

¶ Seruo ꝙ legari potest: id quod domino legari possit.

2 Seruum esse capacem vel incapacem depēdet a capacitate vel in capacitate domini. ꝛ limitat. j. nu. 12. ꝛ. 13.

Seruus censetur eadem persona cum domino: ꝛ eius vox cense tur domini vox.

3 Satutum puniens contrahentem cum bannito ꝙ non compre hendit cōtrahentem cum seruo banniti vel eius filio procurato rio nomine bāniti. ꝛ nu. 5. tenet contra Bar. ꝛ quid in cōtrahēte procuratorio nomine. nu. 8.

4 Statutum disponens de contractu ꝙ intelligitur de contractu vero ꝛ non ficto.

5 Tutor quare ꝓhibetur emere a pupillo ꝛ sic etiam eius filio.

6 Quod non possum per me: nec id possum per alium.

7 Tex. in. l. iij. §. hoc autē solum. j. de leg. prestan. ꝙ procedit quo dam iure speciali ꝛ contra regulas iuris.

9 Bal. nihil ignorauit.

10 Statutum puniens loquentem cū bannito habet locum in mit tentem nuntium vel epistolam.

11 Seruus posthumi alieni institui potest licet posthum⁹ alienus institui non possit.

12 Seruus si est institutus eius contemplatione ꝛ non contempla tione domini tunc eius capacitas vel incapacitas nō attenditur ex persona domini.

13 Capacitas serui a persona domini ideo consideratur quādo do minus est in totum incapax.

14 Seruus recipit capacitatem in genere a dño non in specie.

1 Regula. †Seru⁹ dicit̄ esse capax si dñs est capax. h. d. Casus est planus. ¶ No. ex hoc tex. regulam affirmatiuam ꝙ illud ꝙ possum legare dño possum etiā legare eius seruo: vt hic. ꝛ. l. nō ideo minus. s. de heredi. insti. Hinc a cō trario colligit̄ regula negatiua ꝙ illud qđ nō possum legare ser uo: nō possum etiā legare eius dño. l. neqꝫ. C. de here. isti. ꝛ. d. l. nō minus. ¶ Hinc ex istis duobus sequit̄ regula generalis ad quā

2 quotidie allegat̄ iste tex. †qđ capacitas vel incapacitas serui pen det a capacitate vel incapacite dñi. Hinc est quod qui nō potest vsucapere suo noīe nō potest etiam vsucapere per seruum suum tex. est i. l. labeo. §. fi. ff. de vsucap. ¶ Ratio huius regule est quia seruus censetur eadem persona cum dño. q͛ vox serui vox dñi di cit tex. in. §. ei qui. insti. de inuti. stipul. nam seruus quātum ad se in his que sunt iuris ciuilis ꝓ nihilo reputatur. l. qđ attinet. j. de reg. iur. ¶ Per istā regulam tex. nostri cōfundit̄ not. decisio Bar. in. l. iij. §. hoc autē solum. j. de leg. prestan. vbi, per illū tex.

3 decidit Bar. †qđ si statutum prohibet contrahi cum exbannito sub pena centum: contrahens cum seruo vel filio exbanniti ita qđ acquirat̄ exbānito non tñ incidit in penam statuti. quia inspi citur cū quo cōtrahit̄ nō autē cui acquirat̄ ex dispositione legis per illū tex. Secus si contraho cū eo qui venit procuratorio no mine bāniti tunc punior pena statuti q͛ inspicitur cui acqrat̄ ex dispositione hoīs vt ibi in ver. itē si quis. ¶ Istā tñ decisionem Bar. pro no. sequitur Aret. in. l. gallus. §. qđ si is. l. ij. ꝛ. iij. colū. ff. de libe. ꝛ posth. motus duplici fundamēto. Primo q͛ statutū ſm eum cōsiderauit cōuersationē que haberet̄ cum bānito secus cōhēdo que consuetudo cessat si cōhatur cum eius seruo vel filio. ꝛ sic statutū potius cōsiderauit cōuersationē cū bānito ꝙ̄ eius effe

4 ctum. Scđo q͛ †statutum disponens[a] sup contractu intelligitur

a de cōtu vero ꝛ non de ficto vt est tex. in. l. si quis in legatione. ꝛ ibi no. Bal. s. de iud. ꝛ Bal. i. l. multū interest. C. si quis alte. vel sibi ꝛ sic statutum procedit qñ vere cōtrahitur cū exbannito: non au tem qñ contrahitur cū eius seruo aut filio. ¶ Sed certe, put etiā dicūt Moder. senē. vtraqꝫ ratio Are. cōfundit̄ per illud qđ sub dit Bar. de procuratore. nam vult Bart. qđ contrahens cum ꝓ curatore bāniti incidat in penam statuti: ꝛ tamen cōhendo cū ꝓ curatore non conuersatur cū bannito. itē ibi vere non contrahit cū bannito sed ficte. ¶ Ego pro clariori intelligētia diuido istā solēnē. q. Bar. in duos articulos. Primus erit qñ quis cōhit cū seruo vel filio exbanniti. Secūdus articulus erit qñ cōhit cū pro curatore banniti. ¶ Circa primū articulū cōtra decisionē Bar. facit tex. no. in. l. pupillus. §. fin. s. de auto. tu. vbi sicut tutor ꝓhi betur emere a pupillo ita prohibet̄ filius tutoris ꝛ quelibet alia persona eius iuri subiecta. Ad istū tex. respōdet idem Aret. in. l. j. in prin. in. iij. col. j. de ver. obli. qđ loquitur quo ad ꝓhibēdum acquiri: sed non quo ad penā: prout loquitur Bar. sed tu aduer te ꝙ Bar. non fundat se in penalitate: vt ex text. in quo se fundat Bar. in. d. §. hoc autem solum. ideo ego aliter respōdeo ad illum

5 tex. ꝙ respondeat Are. ꝛ respondeo †per alium tex. in. §. itē ipse tutor in eadē. l. pupillus. vbi dicit tex. quod ideo tutor prohibe tur emere a pupillo eo quia ipse tutor esset ꝛ emptor ꝛ vēditor: ꝑ eandem rationem: ergo etiam non possunt filius ꝛ seruus tuto ris cum censeantur eadem persona. l. fi. C. de impub. ꝛ aliīs sub sti. iuncto. §. ei qui. insti. de inuti. stipu. ¶ Secundo contra Bar. pondero tex. in illamet. l. pupillus. §. sed ꝛ si per interpositā. vbi dicit tex. quod tutor qui prohibetur emere a pupillo prohibetur etiam emere per interpositam personam. ratio dicit ibi tex. quia qui cōtrahit per interpositam personam facit in fraudem legis ergo nō valet. Istemet tex. ꝛ eius ratio militat cōtra decisionem Bar. ¶ Tertio contra Bar. allego tex. valde not. in. l. iij. §. i. j. de admini. re. ad ciuita. pertinē. vbi formaliter dicit text. quod quis suo nomine exercere prohibetur: id nec per subiectam sibi perso

6 nam agere debet. Et glossa. ibi no. †quatuor que videas per te: ꝛ presertim ꝙ illud qđ nō possum per me: nec per aliū possum. ad hoc allegat infinitos cōcordantes tex. quos potuissem hic addu cere. ¶ Quarto cōtra bar. allego tex. in. l. milites agrū. in prin. j. de re milita. in verbo nec sub alieno nomine. ꝛ glo. ibi exponit i. nec per interpositam personam. ¶ Tenendo istam partem cō tra Bar. prout teneo: non obst. tex. in quo se fundat Bart. in. d. l. iij. §. hoc autem solum: quia ad illū tex. respōdeo dupliciter. Pri mo quod ille titulus proceditiure quodā speciali ꝛ singulari cō

7 tra regulas iuris cōis. †quia contra tabulato testamento omnia legata corruunt. ibi sustinentur in coniunctis personis. ideo ni mirum si ibi strictius consideratur persona cui relinquit̄ ꝙ̄ effe ctus ipsius acqsitionis. Scđo rñdetur qđ dispositio illius tituli fuit inducta vt honor legatariorum conseruetur. Ideo dicit ibi tex. ꝙ nō attendit̄ cui acquiratur sed cui honor exhibetur. sed in casu nostro statutū videt̄ considerare effectū ꝯtus: ꝛ sic acqsitio nis qui dño fieret bannito per medium filij ꝛ serui: ꝛ ita habes expeditum primum articulum in quo teneo contra Bar. ¶ Cir ca scđm articulū: qñ quis cōtrahit cū ꝑcuratore exbāniti: in quo Bar. tenet quod tūc incidat in penā statuti: licet nemo attingat. Adde qđ idē tenet Ang. in. l. antistius. §. fi. s. de acqui. here. item

8 adde bene facere illud qđ tꝫ Bal. in. l. ꝑ diuersas. C. manda. †vbi vult qđ si bannitus ꝓhibeatur agere in iudicio: qđ etiā cessiona rius nō pōt intentare directas noīe banniti cū eas intentet ꝛ tā quā ꝑcurator in rem suā. Ista decisio Bart. scđa: etiā videt̄ mihi periculosa: ꝛ cōtra eam allego ibi solēnē text. in. l. qđ sepe. §. si qs amico. s. de contrahen. emp. vbi est egregius tex. qđ statutum ꝓ hibens dñm ne vendat seruum in fuga constitutum nō hꝫ locum in procuratore dñi vendente si procurator venderet: ꝛ illum tex.

9 not. Bal. †qui nihil ignorauit in aut. habita. C. ne filius pro pa. Ad idem contra Bar. facit ꝙ vult glo. reputata fin. in. c. cōstitu tionem. in verbo participatione. de sen. excō. in. vj. ꝑ quā glo. no. b

10 Ludo. roma. in. l. j. in prin. j. de ver. obli. †qđ statutum puniens[b]

b certa pena loquentem cum exbannito: hꝫ locum in mittente nun tium vel epistolam quāuis non sit procurator: ꝛ est similis glo. in cle. si summus pontifex. de senten. excom. ꝛ ita habes expeditam illam bimēbrem decisionem Bart. in illa. l. iij. §. hoc autē solum. ¶ Scđo principaliter ꝑ istam regulā videt̄ confundi illud qđ tꝫ

11 Bar. in. l. eius seruū. per illum tex. s. de here. insti. vbi tꝫ mirabi liter Bar. †ꝙ lꝫ nō possit institui posthumus alienus. §. posthu mo. insti. de lega. tñ pōt institui seruus eius. sequuntur Ange. ꝛ Imo. ibi. sed certe hec decisio Bar. confunditur ꝑ regulā huius tex. ꝛ ita eam reprehendit do. Alexā. in. l. gallus. in prin. in. j. col. ff. de libe. ꝛ posthu. Limita istam regulam tex. tribus no. modis.

12 †Primo limita qñ seruus est institutus vel legatū ei factū contē platione dñi vel simpliciter quo casu videt̄ institutus ꝯtēplatio ne dñi. l. cū aliqs. C. de iure delibe. tūc hñ cōsiderat̄ capacitas dñi ad quē habitus est respectus: secus si esset institutus cōtēplatiōe ipsius serui: tūc nō cōsideratur ꝑsona dñi sed serui: vnde si tpe ce dentis legati reperitur liber: sibi acqrit vel alteri dño capaci in cuius dño postea repert̄. Ita limitat Bar. i. l. si seruus ei⁹. ꝑ illū tex. j. de acqui. here. sequūt̄ Imo. ꝛ Pau. de ca. hic: Sali. ꝛ alij in

13 l. j. C. de here. insti. ¶ Scđo limita †qñ dñs in qbusdam est capax in qbusdam non: vt in spurio q licet non possit capere a p̄re suo aut. ex complexu. C. de incest. nup. tñ hñ potest capere ab alijs. l. si is qui ex bonis. s. de vul. ꝛ pup. tunc bene inspicit̄ ꝑsona dñi: se cus qñ dñs esset in totum incapax iuxta glo. magistram. in. §. le gaui. insti. de lega. tunc non cōsideramus capacitatē serui a per

a ¶ Dispo nēs. Adde in. l. iij. in. §. hec vba. ff. d neg. gest. Bar. in. l. is q ꝑ ēptore. ff. de vsu. c. cū dilectus. de cleri. nō resi. c. siquē. de spōsa. li. vi.

b ¶ Puniēs. Adde do. i c. vbi picu lū. in. §. nul li. de ele. li. vj. Feli. i. c. ego enim. d iureiurā. in iij. col.

ſona domini ex quo dñs eſt in totū incapax. Ita limitat bar.i.l.ſi deportati ſeruo.ꝑ illū tex.j.de leg.iij.Bar.bal.⁊ Sali.in.l.j.vbi late dixi.C.de heredi.inſti.⁊ Ange.hic.⁊ ex varijs ſol.quas dedi in.d.l.j.colligunt᷑ varie limitationes ad hanc regulā.℃ Ultimo limita per tex.no.in.l.debitore.§.fi.j.de leg.ij.allegatū in gl.vbi
14 eſt tex.multum no.ꝓut ibi multum no.Bar.†qđ ſeruus recipit capacitatem a dño in genere ſed non in ſpecie vnde ſi dñs eſt capax in genere ſed nō ad illam ſpeciem:tamen ad eam ſeruus admittitur ⁊ reputatur capax.Confirmo ꝙ licet dñs non ſit capax ſtipulari:puta quia ſit mutus ſurdus vel furioſus:tamē quia eſt capax acquiſitionis ⁊ aliorum contractuum:eius ſeruus poterit ſtipulari.tex.eſt in.l.j.in prin.in verſi.ſi quis igitur.j.de verb.ob.⁊ tex.in.l.antiſtius.§.fi.ſ.de acqui.here.

a ℭSeqnēs. adō Lu.ro. ↄſ. ccccxxvi.inci.ꝙ in dultū petri. Alexan.de imo. conſil. xxvii.incip. viſo libello ꝓducto.i.j. vol.idē ↄſi. cxxv.ici.viſis ⁊ cōſideratis ſtatutis de qbus ſupra in eo. vol.idē ↄſi. cij.incip.cū ſtatutū dirigit prohibitionē in.iiij. volu.

℃ Sequitur.§.in legatis.ſm primam lecturam.

1 ☞ Uoluntas vltima ꝙ preualeat niſi prima ſit derogatoria.
2 Clauſula caſſans ⁊ irritans omne aliud teſtamētum ꝙ cenſetur tacite ineſſe in vltimo teſtamento.
3 Ultima pars teſtamenti derogat priori qñ fit ex interuallo.
4 Clauſula derogatoria precedens ꝙ tollat ſequentem diſpoſitionem.⁊ in ſecunda lectura.nume.3.
5 Iuramentum appoſitum in prima diſpoſitione ꝙ tollat ſequentem.nume.13.
Iuramentum habet vim clau.derogatorie.
Cōſtitutio derogatoria quātūcūqʒ generalis ſequens ꝙ nō tollat actus precedentes iuratos.
6 Clau.media derogatoria ꝙ trahat᷑ tā ad ꝓcedētia ꝙ̄ ſequentia.
7 Uolnntas teſtatoris eſt que facit actum valere.⁊ in ſecūda lectura.nume.5.
Lex ſequitur voluntatem teſtatoris ſicut venator leporem.
8 Teſtator qui rem legauit ſi illā ademit ſub cōditione an videat᷑ denuo legare.⁊ in ſecunda lectura.nu.6.
Ademptio facta ſub conditione non debet operari validitatem niſi contrarium appareat de preſumpta mente teſtantis.
9 Scriptura teſtamenti tunc dr̄ perfecta qñ fuerit tota completa.
Teſtamenti perfectio ſtat in vltima ſyllaba.
10 Inducta ad diminutionem debent operari augmētū ⁊ ſic inducere legatū quādo nō poſſunt oꝑari diminutionē niſi prius operētur augmētum ⁊ in ſecunda lectura.nu.8.
11 Qui vult conſequens videtur velle omne neceſſarium antecedens ad illud.
12 Primū teſtamētum habēs clauſulam derogatiuā ad ſequentia quando tollat᷑ per ſcđm.⁊ in ſecunda lectura.nu.9.⁊ nu.11.
14 Reuocatio facilius cōcedit᷑ in vltimis volūtatibus ꝙ̄ conceſſio.
Iuramentū habet vim expreſſi ita vt ſufficiat generalis cū iuramento vbi requiritur ſpecialis.⁊ de hoc in nu.17.
15 Iuramentū ꝙ non ſuppleat vbi deficit conſenſus ⁊ voluntas:⁊ nihil operatur.⁊ de hoc nu.18.
16 Ubi actus nō valet ex preſumptiōe defect⁹ cōſenſus:iuramētū nil operatur.
19 Teſtamētum quod fit inter liberos derogat primo habēti clauſulam derogatoriam.licet de eo non fiat mentio.
In teſtamēto patris inter liberos ineſt clauſula derogatoria ad ſequentia teſtamenta.
20 Ardor liciti amoris operatur reuocationem clauſule derogatorie contente in primo teſtamento.
Item habet vim clauſule codicillaris.
21 Priuilegiū conceſſum ab imperatore non obſtante aliqua conſtitutione vel ſtatuto ꝙ tollat etiam ſtatuta futura.⁊ quid de cōſuetudine ⁊ in ſecunda lectura.nu.14.

1 **In legatis.** †Ultima voluntas preualet niſi prima ſit derogatoria.h.d.℃ No.primo regulam ꝙ in vltimis volūtatibus vltima derogat priori.⁊ illud qđ dicit tex.hic in legatis ⁊ in.l.clari.C.de fideicō.⁊ in alijs concor.gl.ꝓcedit in inſtitutionibus ⁊ ſubſtitutionib⁹.c.cū marthe.de celebra.miſ.l.hac ↄſultiſſima.§.ſi qs aūt.⁊.l.ſancimus.C.de teſta.gl.no.in.c.j.de ↄſti.in.vj.idē in codicillis.l.cū ꝓponas.⁊ ibi gl.⁊
2 Bar.C.de codicil.†Hinc eſt ꝙ in vltimo teſtō tacite ineſt clauſula caſſans ⁊ irritās oē aliud teſtamētū qđ prius feciſſet.⁊ ſic ſuꝑflua eſt clauſula notarioꝝ in hoc ſm Bal.in.l.ſi.in.v.q.C.de edi.di.adri.tol.facit tex.in.d.l.ſancimus.in v̓bo ipſo iure.⁊.in.§.pe.inſti.qb⁹ mo.teſta.īfir.idē eſt in ↄtractibus.l.pacta nouiſſima.C.de pac.vbi plene cumulaui idē eſſe in omni materia.⁊ vide de
3 hoc glo.no.in.l.quoties vtriuſqʒ.ff.de reg.iur.℃ Scđo not.†ex tex.ꝙ vltima pars teſtamēti derogat priori.qđ ītellige qñ ex interuallo fit.ſecus ſi incōtinēti.q2 niſi appareat teſtatorē voluiſſe ſe corrigere ſtabit᷑ vtriqʒ.l.nō ad ea.ff.de condi.⁊ demō.℃ Ter-
4 tio no.†ꝙ cl'a derogatoria ꝓcedens tollit ſequentem diſpoſitionem.ratio q2 lex preſumit abeſſe voluntatem in ſcđa facit.l.ſi qs in prin.teſtamēti.j.de le.iij.idē eſt in ↄtractibus.gl.eſt not.in.d.l.pacta nouiſſima.quā doc.ibi ꝓſertiʒ Bal.Ang.⁊ Pau.de ca.multum no.reputant ſingularē.Hinc infero ꝙ ſi in prima parte ad-
5 eſſet iuramentū tolleret ſequentē diſpōnē.†rō q2 iuramentū hʒ vim cl'e derogatorie ad ſequentē diſpōnem ſm Io.an.in regula qđ ſemel.in mer.Bar.in.l.oēs ppl'i.in.iij.q.principali ad fi.ff.de iuſt.⁊ iur.⁊ in.d.l.ſi qs in prin.teſtamēti.Accedat ꝙ ↄſtitutio ſe-
a quēs[a] quātūcunqʒ gñalis ⁊ derogatiua non tollit actus iuratos precedētes.glo.eſt no.in.c.cū nō deceat.in glo.fi.de ele.in.vj.quā ꝓ ſingulari not.Ang.in.l.j.§.que onerāde.ff.quarū re.actio.non da.⁊ eſt bonus tex.in.c.ↄſtitutus.de reſcri facit qđ vult glo.no.in
6 cle.dudū.§.fi.in v̓bo pacta.ď ſepul.℃ Quarto no.†ꝙ cl'a media derogatiua legatorū trahit᷑ tā ad precedētia legata ꝙ̄ ad futura dicet᷑ in.l.talis ſcriptura..in prin.vbi ēt text.j.e.facit.l.iij.§.filius
7 inter medias.ff.de libe.⁊ poſth.℃ Ultimo no.†in fi.ꝙ voluntas teſtatoris eſt que facit actū valere.ideo illa predominat᷑ ⁊ attendi dʒ.l.in conditionibus primū locum in prin.cū mille ſimili.ff.de condi.⁊ demon.⁊ in.l.cum qđ.in fi.C.de legi.ideo lex.pedetentim ſequit᷑ volūtatē teſtatoris ſicut venator leporē dixit Bal.in.l.pe.C.de neceſ.ſeēuis here.inſti.℃ Gloſſ.j.in fi.Contra iſtā gloſſ.te-
8 nent Ja.de are.Pe.Cy.Ray.Bar.⁊ Sali.hic.†q2 adēptio que fit ad diminutionē nō dʒ operari validitatē vt hic ꝑ Bart.Confirmatur q2 cōuentio que fit ad reſoluendū non pōt operari effectū ꝓductiuū actionis.l.ab ēptione.in fi.⁊ ibi Bar.in vltimo no.ad hoc not.ff.de pac.⁊.l.venditi.C.de actio.emp.pro eadē parte benefacit tex.preſertim in rōne decidēdi.in.l.ſi te ſolū.ff.de here.inſti.quē allegat Pau.de ca.hic vbi ſi primo inſtituo te heredē pure ⁊ poſtea ſub ↄditione nihil valet ſecūda inſtitutio.q2 prima plena fuit.ergo idem in ꝓpoſito.℃ Contrariā opinionē ⁊ ſic cū glo.tenēt Cy.Alber.Imo.Raph.cu.d.Alex.⁊ Are.hic.mouet᷑ Imo q2 teſtator vr̄ velle ſcđam adēptioneʒ aliqd operari.l.ſi qñ in prin.j.eo.ſed nihil pōt oꝑari ſub cōtraria cōditione intelligat᷑ datū Ad fundamētū Bar.⁊ doc.ꝙ inducta ad diminutionē ⁊c.rñdet verū eſſe niſi in cōtrariū appareat aliquo modo de preſum-
9 pta mente teſtātis.℃ Scđo facit q2 iura expreſſe dicūt †ꝙ legatū ſub conditione ademptū cenſet᷑ ſub cōtraria cōditione datū.l.aliqd in fi.ff.de ↄdi.⁊ demō.l.qđ pure.ff.qñ dies leg.ced.⁊.l.legatū ſub cōditione.ff.de adi.leg.⁊ tex.in.l.pecuniā.ff.ſi cer.pe.Sed ad hoc reſpondent ſubtiliter Pau.de ca.⁊ do.Flor.hic ac etiam Alex.ꝙ illa iura ꝓcedunt qñ legatum fuit primo datum pure ⁊ poſtea fuit ademptū ſub ↄditione:tunc bñ cenſet᷑ ſub ↄtraria cōditione datū nō ex eo ꝙ fuit cōditionaliter ademptū:q2 inducta ad diminutionē non debēt operari cōfirmationē ſed virtute legati primi puri qđ remanet in ſuo robore ſi deficit cōditio adēptionis.ſed hoc non poteſt eſſe in ꝓpoſito vbi ꝑ aliā adēptionē puram fuerat iam ſublatum legatum.ad hoc vide bonū tex.in.l.ſi ita quis libertatē.§.fi.ff.de ſta.lib.℃ Tertio pro iſta parte Raph.cu.pōderat tex.hic in verbo ſed ſi ſub alia.vbi ſi teſtator adimit legatū ſub vna cōditione ⁊ poſtea adimit ſub alia valet vltima ſed pma ademptio ſuſtulit legatum in caſum euenientis cōditionis ergo adimendo ſecūdo loco ſub cōditione videt᷑ denuo legare vt reperiat ꝙ adimat.Ad hoc facilis eſt reſponſio q2 in hoc text.prima ademptio erat ↄditionalis interim ergo pendēte cōditione legatū valebat.l.ſi quis ſub ↄditiōe.ff.ſi qs omiſ.cau.teſt.nimirū ſi ſecūda adēptio que ſuſtulit legatū validū attēdit᷑.℃ Quarto pro iſta parte bene facit q2 ſcriptura teſtamēti non dicit᷑ vnqʒ ꝑfecta niſi poſtqʒ fuerit tota cōpleta.l.ſi is qui.ff.de teſt.⁊ ibi Bal.no.ꝙ ꝑfectio teſtamēti ſtat in vltima ſyllaba.Ratio q2 in indiuiduis vt eſt teſtamentū.l.furioſuʒ.C.qui teſt.fa.poſ.⁊ ibi Bar.no.nihil dr̄ actū cū qd ſupeſt ad agendū.l.fi.C.ad ſil.vnde teſtator qui fecit primā adeptionē ⁊ poſtea ſcđam ↄditionalē cū prima nōdū eſſet ꝑfecta vr̄ ꝙ ꝑ penitētiā receſſerit a p2ia.l.ſi ita ſcriptū.j.e.Scđm tñ regulā.l.nō ad ea.ff.de cōdi.⁊ demon ego teneo iſtā partē glo.cōtra Bar.⁊ antiquos ⁊ vtor eoꝝ fundamento qđ retorqueo cō-
10 tra Bar.⁊ antiquos.Nā dico ꝙ inducta† ad diminutionē debēt oꝑari augmētū ⁊ ſic inducere legatū qñ nō poſſunt oꝑari diminutionē niſi prius operent᷑ augmentū.tex.eſt no.in.l.deniqʒ.§.interdū quē ibi ita ſummat Bar.ff.de pecu.leg.ad idem text.not.in.l.ꝓculus.ꝑ quē Bal.⁊ alij multa bona decidūt ff.de vſufr.Bart.in.l.ex hac ſcriptura.in.iij.colū.ff.de dona.ſed ſic eſt in propoſito noſtro ꝙ iſta adēptio ſcđa condionalis nō pōt operari diminutionē imo eſſet oīno ſuꝑflua niſi prius operetur augmētū legati:ergo prius inducet augmentū †qui eñ vult conſequēs intelligit᷑ velle oē antecedēs neceſſariū ad illud.l.illud.ff.de acqui.here.hic allegata in gl.Facit qđ vult Bar.in.l.cēturio.in vlt.char.in prin.ſ.de vul.⁊ pup.⁊ ibi Imo.⁊ alij moderni pleni⁹ tangūt de intellectu illius.l.deniqʒ.§.interdū.⁊ ibi plenius dixi.⁊ ibidē Bart.allegat quedaʒ alia iura.⁊ ad.l.titia.§.fi.ff.de manu.teſta.reſponde vt per Bart.in.l.actione.⁊ ibi dixi.C.de tranſ.in.l.ſi cū
12 §.qui iniuriarū.ff.ſi quis cau.℃ Gloſ.in verbo †non valebit.in fi.Idem

fi. Idem tenet gl. in. d. l. si qs in prin. testamẽti. in vb. nemo. Spe.
in ti. de instru. edi. §. cõpendiose. versi. sed quid si in primo. Sali.
in. l. sancimus. C. de testa. ⁊ Io. de imo. hic. Contra istam gl. tenẽt
Bar. ⁊ alij oẽs antiqui ⁊ noui. ⁊ Bar. in. d. l. si quis in prin. testa.
Cy. ⁊ Raph. Fulg. in. d. l. sancimus. eo q2 in qõne glo. sunt ver
ba derogatiua potestatis: ⁊ sic contra bonos mores. vnde absq;
alia reuocatione põt fieri aliud testamẽtũ: cõclusio ergo glo. pro-
cederet qñ in primo testamento adesset clausula derogatoria vo-
luntatis: vñ tunc non valeret testamentum nisi in eo fieret specia-
lis mẽtio illius clausule: ita proprie loquit tex. in. d. l. si qs in pnc.
testamẽti. Ista vltima conclusio ⁊ sic. d. l. si quis in prin. testamen-
ti. recipit plures limitationes quas ponunt Bald. ⁊ Moder. in
d. l. sancimus. vbi ego posui. xij. limitatiões ad hoc: vnã nõ omit-
to q2 est valde dubia ⁊ vtilis in practica: quando in secundo testa
13 mento adesset iuramentum: †eo q2 iuramentum habet vim spe-
cialis derogationis ad clausulam que erat in precedẽti testamen
to. ita singulariter tenet Bal. in. d. l. sancimus. ⁊ ibi oẽs moder-
ni sequunt. verum q2 Bal. ad hoc nihil allegat ibi: Istud confir-
mat ibidem do. Alex. q2 cum iuramentum appositum in primo
testamento habeat vim clausule derogatorie vt dixi in text. ergo
pari ratione si apponatur in secundo debet habere vim deroga-
tionis ad clausulaz primi testamenti. l. cũ pater. §. filius matrem.
ff. de leg. ij. vt contrariorũ eadem sit iuris disciplina. l. j. ff. de his
qui sunt sui vel alie. iur. glos. ⁊ ibi dixi i rubrica. ff. d acquir. posses.
Tu† fortifica q2 in vltimis voluntatibus facilius concedit reuo-
catio q̃ concessio vt probat tex. no. in. l. si fuerit. ff. de reb. du. Ad
idem bene facit q2 iuramentũ habet vim expressi: vt sic vbi debet
interuenire aliquid specialiter in casu nostro sufficit generale cuz
iuramento. ita dicit Bal. in. l. j. in. ij. q. C. cõmo. per. d. §. filius ma
trem sequitur Ludo. ro. in. l. j. §. si quis ita. in. x. col. ff. de ver. obl.
¶ Contra istã limitationẽ Bal. ⁊ oĩm modernoꝝ plura fortiter
stringunt. primo stringit nã scdm testamẽtũ postea factũ ideo nõ
tollit primum in quo adest clã derogatoria sed econtra eo q2 lex
presumit q in secundo testamẽto deficiat volũtas testatoris pro-
pter illaz clãm derogatoriã ita declarant Bar. ⁊ oẽs in. d. l. si qs
15 in prin. testamenti. ⁊ dixi in tex. sed sic est † q vbi deficit consensus
vel voluntas ibi iuramentum non supplet. l. fin. C. de non nu. pe-
cu. deliberat Bart. in. l. si qs pro eo in prin. ff. de fideius. i vlt. col.
in. viij. membro. Io. de imo. in. c. per tuas. de arbi. ⁊ in. c. j. de iudi.
Confirmatur q2 vbi deficit consensus vel voluntas tunc non ha
bet locum. §. filius matrem. ⁊ nec tũc iuramentũ aliqd operatur
ẜm Ludo. ro. in cõsi. cccccxvij. qd incipit in casu proposite consul
tationis. in. x. col. ad fi. ⁊ prin. sequẽ. Are. in 9si. xxiiij. incip. quatuor dubia. in. ij. col. Ad idẽ facit qd ꝑprie vult Bal. i. l. j. in. ij.
16 q. C. cõmo. † q vbi actus non valet ex presumptione defectus con
sensus iuramentũ nihil operat: secus si adesset cõsensus in gene-
17 re vt ibi per eũ. Ad idẽ † ⁊ quarto facit qd volunt Bar. ⁊ doct. in. l.
sed ⁊ si quis. §. quesitum. ff si quis cautio. Io an. ⁊ alij in. c. j. de cõ
meda. q in generali renuntiatione casuum fortuitorum si appo-
natur iuramentum nihil operatur. per. d. l. fi. C. de non nu. pecu.
Ad idem ⁊ quinto facit regula quã tradit idẽ Bal. in. d. l. sed ⁊ si
quis. §. quesitũ in vlti. col. q iuramentũ generale nihil operat in
his que debent specificari: ita dicit esse glo. ordi. in aut. sacramẽ-
ta puberum. C. si aduer. vendi. sed hic in secundo testamẽto requ
ritur specialis mentio clẽ derogatorie primi testamenti put di
cit tex. in. d. l. si qs in prin. testamenti. ⁊ glo. hic ergo iuramentum
18 nihil operat. ¶ † Pro veritate considera q vbi nõ adest consen
sus nec in gñe nec in specie: tũc iuramẽtũ nihil operat. ita loquit
d. l. fi. C. ne nõ nu. pe. secus qñ adest cõsensus saltẽ in genere. argu.
l. q iure militari. ff. de test. mili. ita declarat Io. de imo. in cõmẽ-
to. c. cũ 9tingat. in. xxxviij. charta. de iureiur. ⁊ in. c. j. de cõmoda.
do. Alex. in. d. l. j. §. si quis ita. ⁊ in effectu Badl. ⁊ Sali. in. d. l. j.
i vlt. co. ff. cõmoda. vnde i ꝑposito nostro dico q si testator faciẽs
scdm testm̃ diceret in gñe q reuocat omne aliud testamentũ istud
nõ sufficeret ꝑpter clausulam derogatoriã ꝑcedentis testamenti
q2 requirit specialis reuocatio. d. l. si quis in pnc. testamẽti tamẽ
si apponeret iuramentum sufficeret ex quo adest consensus saltẽ
in genere: similiter quando fieret scdm testamentum et diceret se
velle certis testamẽtis q̃ fecit ꝑualere: ⁊ iuraret valere scdm testm̃
in istis terminis ⁊ silibus ꝑcedit limitatio Bald. ⁊ Moder. in
d. l. sancimus secus qñ faceret scdm testm̃ simpliciter cũ iuramen
to ⁊ non fieret cõmemoratio alterius testamenti nec in genere nec
in specie tunc procedunt alia in cõtrariũ adducta: ita potes con-
cordare ꝑdictas varietates. ⁊ credo q sit veritas q2 tñ decisio
19 Bal. indistincte approbat p Moder. potes addere † q2 testamen
tum qd fit inter liberos derogat pmo habẽti clãm derogatoriaz
lz de eo nõ fiat mentio. glo. est singularis. in. §. ⁊ si quidẽ. in verbo
perfecta. ⁊ ibi Ang. i aut. de testa. imperfe. co. viij. bal. Sal. ⁊ alij i
aut. hoc inter liberos. C. de testa. Lud. ro. in 9si. clxxix. qd incipit
amplissime doctor. in pe. col. ⁊ in. cõsi. ccclxxxv. qd incipit in casu
premisso querit an scdm testm̃. d. Alex. in 9sil. cxxxiij. qd incipit
preuiso themate. in. xi. col. in. j. vol. Cõfirmat q2 in testamẽto pa
tris inter liberos inest clã derogatoria ad sequẽtia testamenta. d.
aut. hoc inter liberos. ergo filr debet habere vim clẽ reuocatorie
derogationis cõtente in pmo: vt 9triorũ eadẽ sit disciplina si autẽ
istud cõcedit in scdo testamẽto fauore filiorũ fortius fauore iura-
20 mẽti p regulã. l. sancimus. C. de sac. san. eccle. † imo fortius qñ i scdo
testamẽto est instituta psona valde dilecta testatori hz vim reuo-
catiõis derogatorie clẽ 9tẽte in pmo q2 ardor liciti amoris sup-
plet reuocationẽ dicte clẽ. ita tz Ludo. rom. in. d. 9si. clxxix. qd in-
cipit amplissime doctor. in pe. col. p gl. i. l. i testõ. ff. de fideic. alle-
gat etiã in fili Bal. i. l. si iure. ff. de testa. manu. q dicit: q ardor li-
citi amoris idẽ operat qd clã codicillaris. ¶ Extra glos. querit
21 Bar. Post Dy. † nunquid priuilegium cõcessum ab imperato-
re nõ obstãte aliqua 9stitutiõe vel statuto tollat etiã statuta futu-
ra: ⁊ determinat q sic: cũ eo trãseũt indifferẽter oẽs hic ⁊ in alijs
locis allegatis per. d. Alex. hic per eundẽ in cõsi. cccxxxiij. quod
incipit ex themate premisso. in. iij. col. ad fin. ⁊ seq. ⁊ est in. ij. volu.
cõsi. cxcij. ⁊ dicit Rapha. cu. hic: q ista decisio Bar. hic no solum
est vera sed indubitata. In cõtrariũ tñ facit illud qd vult gl. ordi
na. in cle. statutũ. in vbo cõsuetudine. de elec. ⁊ in cle. ij. in glos. pe.
a de re. eccle. nõ alie. q̃ gl. volũt q clã generalis[a] nõ obstãte aliq̃ cõ-
suetudine intelligitur derogare cõsuetudini preterite: nõ aũt fu-
ture. responde dupliciter: primo q ille glo. male dicũt in tex. in. l.
iij. §. diuus. ff. de sepul. vio. ⁊ cõiter sunt reprobate vt late per do.
Alex. hic cũ 9cor. per eũ allegatis. in 9si. cxcvj. in. ij. volu. quod
incipit viso testamento dicti Fran. in. iij. col. ⁊ est in. ij. volu. consi.
cxcv. Scdo posito q ille glo. sint vere responde ẜm Pau. de cast.
q aliud est in statuto p qd de facili posset eludi priuilegium prin
cipis: aliud in consuetudine: q2 cum inducatur ex longo tempore
⁊ frequentia actuum non ita facile presumitur fraus.

[a] S final. ad de abba. in. c. sicut 9sue tudo. d pb.

¶ Sequitur. §. in legatis. ẜm secundam lecturam.

☞ Ultima derogãt prioribus in vltima voluntate. idem in co
dicillis ⁊ contractibus.
4 Testator nõ potest mutare solennitatem iuris publici.
7 Ademptum semel amplius adimi non potest.
8 Actus conditionalis nihil disponit.
10 Nemo põt sibi legẽ imponere a qua recedere non liceat.
11 Iuramentum interpositum super actu libero non facit actũ esse
necessarium.
12 Testator in scdo testamẽto q possit facere mentionẽ de clã dero-
gatoria contentam in primo tripliciter.
13 Clã derogatoria ad sequentia apposita in primo testamento qui
bus modis concipi debeat.
14 Si ad dignitatem in ecclesia Bononiẽsi aliquis habet literas cũ
clausula non obstãtibus litteris impetratis vel ipetrãdis: ⁊ post
ea papa scribit capitulo illius ecclesie q de archidiaconatu di-
cte ecclesie alicui ꝓuideri nõ valeat p literas impetratas vel im-
petrandas: an primus debeat habere archidiaconatum.
15 Motus proprius lz tollat surreptionem nõ tamen tollit ius al-
teri quesitum.
Ius alteri quesitum non censetur tolli per secundũ rescriptuz lz
sint apposite clausule generales.
16 Papa si cõfert alicui beneficium cum clausula non obstante col-
latione alteri facta: q intelligitur de collatione inualida.

In legatis. Ultima volũtas preualet nisi pñor sit de
rogatoria scde. h. d. Diuidit i quatuor
partes. in prima ponit regulam. in secũda ponit fallentiaz. in ter
tia extensionem fallentie. in quarta ⁊ vltima ponitur ratio genera
lis ad omnia. secũda ibi: interdum. tertia ibi: nam ⁊ cũ sermonez.
1 quarta ⁊ vltima ibi: voluntas ergo. ¶ † No. primo ex isto tex. re-
gulam generalem qd in vltimis voluntatibus vltima derogant
prioribus: ⁊ illud qd dicit tex. in legatis hic ⁊ in. l. clari. C. de fidei
cõmis. habet locum in institutionibus ⁊ substitutionibus. l. si qs
eum. in prin. ff. de vulg. ⁊ pup. l. hac cõsultissima. §. si autẽ. ⁊. l. san
cimus. C. de testa. c. cum marte. de celebra. mis. ⁊ gloss. no. in. c. j. de
2 consti. in. vj. † Idem etiam est in codicillis. vltimi derogant pre-
cedentibus. l. cũ ꝑponas. ⁊ ibi glo. ⁊ Bar. C. de codicil. Sic etiaz
in contractibus ⁊ generaliter in omni materia: vltima derogant
prioribus. l. pacta nouissima. vbi multa cumulaui circa hoc. C. de
pac. ⁊ habes glo. no. in. l. quoties i vtriusq;. ff. de reg. iur. ¶ Scdo
3 no. in ver. interdũ. † q clausula derogatoria precedens tollit se-
quentem dispositionẽ. facit. l. si quis in prin. testamenti. ff. de lega.
iij. idem etiam est in 9tctibus. vt est glos. not. in. d. l. pacta nouissi-
ma. quã doc. ibi multũ no. ⁊ Bal. Ange. ⁊ Pau. reputãt sing. In
contrarium contra istud not. ⁊ istum tex. vrget fortis text. in. l. di-
uus. §. licet. ff. de iur. codicil. presertim in ratiõe decidendi. domi.
Pet. de bexu. in. d. l. si quis in princi. testamenti dicit quod istud

est duriſſimũ cõtrariũ. Glo. ibi in .d. l. ſi quis in prin. teſtamenti.
ponit quatuor ſol. quas oẽs Bar. ibi reprobat: poſtea Bar. fina
liter tz ſo. Dy. ⁊ Ray. ꝙ illa. l. diuus. §. lʒ. intelligatꝛ ſi pma dero
gatoria ſpãliter reuocetꝛ ⁊ ſic declaretꝛ p illã. l. ſi quis in prin. teſta
mẽti. ⁊ dicit ibi Raph. cũ. ꝙ iſta ſolu. eſt cõis ⁊ ꝙ ſibi plʒ: qꝛ ſicut
principiuʒ illius. l. ſuppletur per ver. ſed hoc ita. ita illa. l. diuus.
ſuppleatur per. d. l. ſi quis in prin. teſtamẽti. iſtam ſol. etiam tenet
Bart. in. l. oẽs ppli. ſ. de iuſti. ⁊ iur. in quarta. q. tertie qõnis pn.
in ver. circa ſcðm. ad fi. eam tenet Bal. in. d. l. diuus. §. licet. ⁊ Sa
lic. vbi dicit hanc eſſe cõmunẽ ſol. in. l. ſancimus. C. de teſta. Iſtaʒ
etiã ſo. ſi bene aduertis: tenet glo. hic: in verb. nõ valebit. ¶ Iſta
ſolu. Bart. ⁊ cõis mihi videtꝛ deterior ceteris ſolu. ⁊ primo vltra
quod diuinet eſt contra rationem decidendi quã ibi aſſignat tex.
vñ mihi placet ſol. Old. lau. ⁊ And. de piſis ibi: ꝙ in. d. §. lʒ. ſint
vba derogatoria ſolẽnitatis ⁊ non volũtatis: qꝛ teſtator dixit no
lo alias valere codicillos niſi ſint manu mea reſcripti vel per me
ſignati ⁊ tunc valent codicilli poſtea facti ſolennes de iure cõmu
4 ni ſine illa ſolẽnitate teſtatoris: † qꝛ teſtator non poteſt mutare ſo
lennitatem iuris publici. l. teſtãdi. C. de teſta. ⁊. l. nemo poteſt. ſ. e.
ſed hic ⁊ in. d. l. ſi quis in prin. teſtamẽti. ſunt verba derogatoria
voluntatis legandi. Bart. ibi. ſ. d. l. ſi quis in prin. teſtamenti. re
prehendit iſtam ſol. qꝛ imo in. d. l. lʒ. adeſt cl'a derogatoria nõ ſo
lum ſolẽnitatis: ſed etiam voluntatis propter verba text. dum di
cit non alias valere velit: illud verbum velit eſt ſignificatiuũ volũ
lũtatis. Sed tu tene iſtam ſolu. que optima eſt ⁊ ad obiectionem
Bart. reſponde ꝙ illa verba abnegant validitatem actus princi
paliter reſpectu ſolennitatis: non autem reſpectu deficientis vo
luntatis: niſi in conſequentiam ſolennitatis non obſeruare nec
5 aliud voluit dicere ille tex. ¶ † Ultimo no. ex text. in fi. ꝙ volun
las teſtatoris eſt illa que facit actum valere: ideo dicimus ꝙ vo
luntas teſtatoris tanq̃ regina predominatur ⁊ attẽditur in vlti
mis voluntatibus. l. in conditionibus primũ locum. in prin. ſ. de
condi. ⁊ demon. l. cum queſtio. in fi. C. de leg. cum mille ſimilibus.
Alibi dicit egregie Bar. in. l. pe. in princ. C. de neceſſa. ſeruis he
redi. inſti. ꝙ lex pedetentim ſequitur voluntatem teſtatoris ſicut
venator ſequitur leporem. ¶ Capio gloſ. primã quam diuide in
duas partes. In prima declarat text. In ſcða querit: ⁊ dũ glo. in
illa ſecũda parte dicit argumentũ contra. in aut. qui. mo. natura.
effi. legi. §. qm̃. co. vj. dic ꝙ glo. male dicit ſignando p ↄ̃rio Imo
illud facit pro glo. ⁊ propterea Bar. duʒ recitat iſtã glo. allegat
illud facere pro glo. ⁊ nõ contra. ¶ In ea. glo. ad fi. pro clara in
6 telligẽtia reaſſumo in dubiũ qõnem glo. † ſi teſtator ademit lega
tum pure poſtea ademit ſub ↄ̃ditione an poſterior ademptio cõ
ditionalis aliqd opetur ⁊ ſic an videatꝛ denuo legare: in quo arti
culo qui eſt diſputabilis ad vtrãq; partẽ ⁊ vtraq; pars defenſa
bilis eſt de facili: due ſunt opi. ¶ Prima glo. noſtre ꝙ ſub ↄ̃tra
ria cõdit ione intelligatꝛ relictũ ⁊ ſic poſterior adẽptio cõditiona
lis multũ operetꝛ. Cõtra iſtã glo. tenẽt Iac. de are. Pe. Cy. Bal.
Sali. ⁊ Moder. ſenẽ. hic. Moti. qꝛ adẽptio que ſit ad diminutio
nem: nõ dʒ opari cõtrariũ effectũ: ⁊ ſic operari validitatẽ. l. lega
ta inutiliter. in prin. vbi dicetꝛ. ſ. eo. cum alijs allegatis p Barto.
¶ Confirmatꝛ qꝛ conuentio que ſit ad reſoluendũ nõ poteſt ope
rari productionẽ actionis. l. ab emptione. in fi. ⁊ ibi Bar. ad hoc
no. ſ. de pact. l. venditi. C. de actio. empt. ¶ Ad idem tertio facit:
7 qꝛ † qð ſemel ademptum eſt amplius adimi non põt. l. nã ⁊ ſi ſub
conditione. ver. poſt defectũ. ſ. de iniuſt. rup. c. ad diſſoluendum.
de deſpon. impu. ¶ Quarto bene facit text. preſertim in ratione
decidẽdi in. l. ſi te ſolũ. ſ. de here. inſti. quẽ tex. alleg. Pau. de ca.
hic. vbi ſi primo inſtituo te heredem pure ⁊ poſtea ſub conditiõe
nihil valet ſecunda inſtitutio: qꝛ prima plena fuit. ergo idem in
caſu noſtro. ¶ Contrariam opi. tenẽt Dy. Albe. de roſa. Imo.
Rapha. co. d. Alex. ⁊ Are. hic: mouetur in primis Io. de imo. qꝛ
qñ teſtator primo ademit legatum pure: poſtea ademit ſub cõdi
tione videtꝛ velle ſcðam adẽptionẽ aliquid opari. l. ſi qñ. in princ.
ſ. eo. ſed nihil põt operari niſi ſub ↄ̃traria cõditione intelligatꝛ da
tum. Ad fundamentũ cõtrariuʒ dñ dicitꝛ ꝙ inducta ad diminu
tionem nõ debent opari augmentum ſeu validitatem reſpondet
Imo. verũ niſi aliduomodo in cõtrariũ appareat de preſumpta
mente teſtãtis. ¶ Scðo pro iſta opi. Raph. co. põderat eſſe text.
hic in verſi. ſed ſi ſub alia. vbi ſi adimo ſub vna conditione: ⁊ po
ſtea adimo ſub alia: valet vltima adẽptio: ⁊ tamen prima ſuſtulit
legatum in caſum euenientis conditionis: ergo adimẽdo ſcðo lo
co ſub conditione: videtꝛ denuo legare vt reperiat qd adimat: ſed
ad hoc facilis eſt reſponſio. qꝛ in hoc tex. prima adẽptio erat cõ
ditionalis interim ergo pendente conditione adhuc legatũ vale
bat: nimirũ ſi ſecunda adẽptio que reperit legatũ validum atten
8 ditur: † qꝛ actus conditionalis nihil diſponit. l. ſi quis ſub cõdi
tione dandorum. x. ff. ſi quis omiſ. cau. teſt. ¶ Tertio ⁊ vltimo fa
cit ẽm Pau. de ca. hic. l. aliqñ. in fi. ſ. de cõdi. ⁊ demõ. l. qð pure. ſ.
qñ dies lega. ced. ⁊. l. legatũ ſub ↄ̃ditiõe. ſ. de adi. leg. in quibꝰ iu

a ¶ Conſil. cclxj. Adde tu ꝙ eſt nu. cxxij. in. j. p te cõſiliorũ antiquorũ ẽm impſſio nẽ papiẽſeʒ

ribus expreſſe dicitꝛ ꝙ legatũ ſub conditione ademptũ cenſetur
ſub contraria ↄ̃ditione datũ ⁊ vltra. Pau. de ca. ad idẽ adde tex.
in. l. pecuniã quã. ſ. ſi cer. pe. tex. in. l. ſi quis ita libertatẽ. §. ſi. ſ. de
ſtatulibe. Sed ad omnia iſta iura reſpondent ſubtiliter Pau. de
ca. ⁊ Flo. hic: lʒ. d. Alex. ſibi aſcribat ꝙ illa iura procedunt qñ le
gatum fuit datum pure ⁊ poſtea ſolũ fuit ademptũ ſub conditio
ne tunc cenſetur ſub contraria cõditione datũ: non ex eo ꝙ fuerit
conditionalis ademptio. eo qꝛ inducta ad diminutionem vt dixi
non debent operari augmẽtum: ſed virtute primi legati puri ꝙ
remanet in ſuo robore ſi deficiat conditio ademptionis: ſed iſtud
non poteſt eſſe hic in. q. glo. qꝛ per primã ademptionẽ purã iam
fuerat ſublatum legatum: vt dixi. Ego tenendo hanc partem re
torqueo argumẽtum Bar. ⁊ antiquorum in oppo. Nam inducta
ad diminutionem debent operari augmentum quando al's non
poſſent operari diminutionem niſi prius operentur augmẽtum
tex. eſt de hoc valde not. in. l. deniq;. §. interdum. quẽ ibi ita ſum
mat Bar. ſ. de pecu. leg. ⁊ tex. no. in. l. proculus. ſ. de vſufru. ⁊ ita
tenet Bar. in. l. ex hac ſcriptura. in. iij. col. ſ. de do. Bar. in. l. centu
rio. in vlti. col. in princi. vbi dixi. ſ. de vulg. ⁊ pupil. Sed hic iſta
ademptio conditionalis non poteſt operari diminutionem niſi
prius operaretur augmentum: ergo ⁊c. ¶ Capio gloſſ. in verbo
non valebit. quã diuide in duas partes. In prima remouet vnuʒ
contrarium. In ſecunda format vnam queſtionem: ⁊ reſpondet.
ſecunda eſt ibi: ſed qd ſi primo dixit. ¶ In ea. glo. ad fi. ex hac gl.
9 in ſecũda parte habes colligere duas concluſiones. prima ꝙ † qñ
in primo teſtamento ponitur clauſula derogatoria: valet ſecun
da voluntas ſi in ea reuocetur precedens. Idem tenet gloſſ. in. d.
72 ter aduerte † qȯ nõ sufficit qȯ testator in testamẽto remittat tuto
ri cõfectionẽ inuẽtarij. sed est necesse qȯ testator dicat vl' notari⁹
qȯ testator vetuit vel ꝓhibuit ꝯfectionẽ inuẽtarij fieri: prout for
maliter dicit tex. in. d. l. fi. C. arb. tut. i v̄bo: nisi specialr testatores
inuẽtariũ ꝯscribi vetuerũt: & ibi Sali. in specie ad hoc multum
no. illũ tex. Idẽ notabilius tenet Ang. de are. in. §. p̃terea. scȯo.
in. xliij. colũ. insti. de excep. vbi formalr dicit Ange. de are. bon⁹
practicus: qȯ istud nũq; exeat mentẽ tuã: qȯ nisi tutor specialr &
exp̃sse vetitus fuerit p testatorẽ: lȝ testator releuaret tutorẽ a ꝯfe/
73 ctione inuẽtarij: nõ tñ p hoc tutor esset liberatus: † imo si nõ cõfi
ceret inuẽtariũ posset ꝯ eũ iurari in litẽ: iuxta. d. l. tutor q reper/
toriũ. in prin. & dicit qȯ vidit multos peritissimos in hoc errare.
Alij nihil tangunt. Ego aũt valde admiror qȯ Sali. & Ang. de
are. nõ allegauerint in terminis Ioã. an. q est supreme autorita/
tis: idẽ tenẽtis in addi. Spec. in tit. de tuto. §. generalr. in v̄rsi.
hoc aũt notandũ. vbi refert dñm suũ in legibus do. Mar. fili. in
quadã. q. per cũ disputata aliter tenuisse quãtũ hic referat bar.
ibi determinat Mar. fili. magister Ioã. an. in legibus: quod sim
plex remissio testatoris facta tutori ne inuentariuȝ facere teneat
nihil valet: qr sic remiteret tutori redditionẽ rõnũ & sic ne reddat
rationẽ villicationis sue: & ꝯñter remitteret ius publicũ qȯ est ꝓ
hibitũ. l. cũ qs decedẽs. in pn. ff. de admi. tu. & l. si vn⁹. §. illȯ. ff. de
pact. Si v̄o testator exp̃sse vetuit seu ꝓhibuit ne tutor faceret in
uẽtarium: qr putabat esse vtile pupillo ne fieret: & valet talis re/
missio: nec deȝ tutor inuẽtariũ facere. Ita ꝓprie loqť tex. i. d. l. fi.

quia

quia verisimile est qd testator q est pater pupilli velit vtilitatem
filij sui:nisi appareat testatorē errasse circa remissionē inuentarij
cōficiēdi:qz putabat esse vtile pupillo qd nō fieret:ꝛ tñ cōtrariū
est vtilius:scz fieri:vel qz supuenit cā ꝓpter quā expedit inuen-
tariū fieri::tūc iudex nō dz seq ꝓhibitionē testatoris:imo dz co-
gere tutorē ad faciendū inuentariū.d.l.vtilitatē.ꝛ.l.in cōfirman
do.§.de confir.tu.Istā decisionē refert ꝛ sequit Jo.an.supreme
autoritatis in loco preallegato. Ego habeo illam.q.mar.filli.et
ceteras oēs inter qōnes antiquoꝝ doctoꝝ numero.clvij.ꝛ incip.
qd est.Testator in testamēto dedit tutores filijs.Pondera qz te
nēdo isto modo Bar.ꝛ scrib.hic:ꝛ in locis ꝑal.inepte formarēt
qōnē eo modo quo formāt.Nūqd testator possit remittere confe
ctionē inuētarij:ꝛ dicunt qd sic:loquuntur de simplici remissiōe
nō aūt de ꝓhibitione:isto mō nō bñ gustassent tex.in.d.l.fi.in fi.
¶ Quid tenendū.Ego si mihi casus cōtingeret in facto tenerē
74 contrariū ꝛ cōtrariū cōsulerē†qd sufficiat testatorem simplr re-
mittere ꝯfectionē inuētarij ad hoc vt tutor excuset:dato qd testa
tor nō vtat verbo ꝓhibuerit aut verbo vetuerit:prout est de mē
te Barto.ꝛ omniū scribentiū hic:ꝛ in locis.§.proxime alle.Ita
etiā tenet Cy.in.d.l.fi.idē tenet Bal.in.l.fi.§.cū igitur.in pe col.
C.de iur.delibe.Ad ita tenendū multū me mouet:qz paria vidē
tur prohibere cōfectionē inuētarij:vel liberare tutorē a cōfectio
ne inuētarij:seu disponere vel remittere qd nō teneatur conficere
inuētariū.Ita probant duo tex.simul iuncti.tex.in.l.si heres ve
titus.j.eo.iuncta.l.cū tale.§.titius.in fi.in verbo reddēde rōnis
remissa fuerit necessitas.j.de condi.ꝛ demon.pondera in tex.ibi
verbum remissa:ꝛ nō dicit aliqd qd testator vetuit aut ꝓhibuit.
¶ Scdo qz in testatore nō debet cōstitui differētia in tali formu
la verboꝝ:prout dicit tex.in.l.qm indignū.C.de testa.ꝛ text.in.l.
ij.in prin.C.cōia de leg.¶ Tertio cōtra istā limitationē videtur
esse glo.satis in terminis.in.l.tutores.in verbo publicatū.ad fi.
C.de admi.tuto.que gl.dicit nisi testator eis remiserit confectio
nē inuētarij:per.d.l.fi.ꝛ sic pondera qd glos.nō dicit vetuerit: sz
solū remiserit:ꝛ ista videt mihi equior sentētia cōsulēdo ꝛ iudicā
do amplectēda.Tamē magne sunt autoritates tenentiū contra
riū.¶ Sexto querit Bar.an per pactū possit fieri qd a sentētia
arbitri possit appellari.Ex mente Bar.diuide hanc questionē
in duos articulos.¶ Primus est an hodie a snia arbitri possit
appellari in casibus in quib9 hodie ex snia arbitri nō orit actio.
¶ Secūdus articulus erit:an per pactum possit fieri qd a sentē
tia arbitri possit appellari in casibus in quibus nō oritur actio.
75 sed solum metu pene paret laudo arbitri.¶ † Circa primū ar-
ticulū aduerte qd ꝑsens materia cōsistit in illo fundamēto:ex sen
tētia arbitri nō oritur actio iudicati:ergo appellari nō pōt:ꝓut
dicit text.in.l.j.C.de arbi.Ratio rōnis est: qz arbitri eligūtur a
partibus:ꝛ cōsensus priuatorū non pōt tribuere iurisditionem
non habēti.l.priuatoꝝ.C.de iurisdi.om.iud.ideo arbitri nō ha-
bent iurisditionē sed simplicē notionē: qz possunt cognoscere.l.
ait pretor.in prin.j.de re iudi.imo generalius dicit glo.in.d.l.j.
C.de arbi.qd ab illa demū sententia pōt appellari ex qua oritur
actio:ꝛ illā gl.ad hoc reputat valde singularem Bal.in.c.ꝑsen-
tata.in vlti.col.de testi.¶ Contra istud fundamentū multa face
76 re vident.†Nam ex sentētia lata super legitimatione personarū
non oritur actio iudicati:ꝛ tñ pōt appellari.l.ait pretor.§.ꝓmit-
titur.§.de mino.ſm Bal.in.c.pastoralis.in.v.colū.de app.q ꝑ
77 hoc reprehendit glo.in.d.l.j.¶ †Scdo si iudex pronūtiat tales
testes esse vel nō esse admittēdos:quāuis ex ea non oriatur actio
tñ pōt appellari:ſm Spec.in tit.de teste.§.j.in versi.recepta aūt
probatione.Bal.in.l.arbitro.in lect.antiqua.ꝛ ibi Ang.ꝛ Lud.
78 ro.§.qui satisda.cog.¶ † Tertio si iudex de cuius iurisditione
dubitatur pronūtiat se esse iudicē cōpetentē: potest a tali senten
tia appellari:vt est glo.no.in aut.habita.in gl.fi.C.ne fil.pro pa.
ꝛ ibi Bal.in.iij.col.ꝛ ceteri sequūtur etiā bart.in.l.ij.in pe.col.§.
si qs in ius vocan.non ie.ꝛ tamen ex ea non oritur actio iudicati.
79 ¶ †Quarto ꝛ sententia nulla nō oritur actio.l.iiij.§.condēna-
tum.j.de re iudi.ꝛ tamen ab ea pōt appellari.l.si expressim.j.de
appel.Nec posses dicere:ꝓut inferius dicit Bar.qd appellādo
a sententia dicitur eā tacite approbare.per.l.iij.§.falsus.j.rē ra.
habe.quia istud dictum Bar.reprehenditur per oēs:vt.j.dicet
80 ¶ †Quinto a sentētia iterlocutoria que trahit secū executionē
pōt appellari etiam de iure ciuili.l.ij.j.de appel.reci.et tñ ex ea
81 nō oritur actio.l.j.§.si debitor.j.vt in pos.leg.¶ †Sexto ex sen
tentia absolutoria lata ꝓ reo nulla oritur actio iudicati nec alia
vt habet in.l.iul.verū debitorē.§.de cōdi.indebi.ꝛ tñ ab ea pōt
82 appellari.¶ †Septimo ꝛ vltimo a transactione ꝛ sic ab actu ex-
traiudiciali q nos ledit pōt appellari.l.a sentētia.§.idē rescripsit
j.de appel.firmat Ludo.ro.in.d.l.si ab arbitro.§.ꝗ si medio.ff.
q satisda.co.ꝛ in consi.cclxj.incip.super eo qd querit an a senten-
tia iudicis.ꝛ lz Bar.in.d.l.idem rescripserūt.non bene istud fir-
met tamē idē Bar.firmat.in.l.fi.in pe.col.ff.de app.rec.Et quod
ab actu extraiudiciali appelletur est text.in.c.cū sit romana.§.si
vero.in verbo extra iudiciū.ꝛ ibi glo.de app.ꝛ tex.in.c.concerta
tione.eo.ti. Nisi diceres ad ista duo iura qd procedant de iure ca
nonico:quo iure ab oī grauamine passim appellat.c.qsquis op-
pressus.ꝛ.c.ad romanā.ij.q.vj.¶ Potes rñdere defendēdo te.
83 ꝛ glo.in.d.l.j.C.de arbi.†qd regulr ex qualibet sentētia solet ori
ri actio iudicati vel actio in factū.l.actori.C.de re.cre.ꝛ.l.miles.
§.qui iudicati.j.de re iudi.Ad istam cōem contingētiam habuit
respectū tex.in.d.l.j.ꝛ ibi glo.C.de arbi.tñ qñ materia super qua
iudicatur nō tendit ad productionē actiōis:ꝛ actus fit ab habē-
te iurisditionē qui grauat partē nihil repugnat posse appella-
ri:qnimo fortius tenet bar.hic qd nihil repugnat posse appella
ri ab eo qui nō habet iurisditionē:si tñ actus tenet ꝛ hz effectum
iuris.Sicut scdm eū pōt appellari ab executore quē constat nul
lā habere iurisditionē.l.executorē.C.de exec.rei iudi.Sed quan
do cōpromissum est simplex:ex laudo arbitri nulla actio nullum
ius oritur:qz nullam habet iurisditionē:ꝛ solū metu pene ꝑare-
84 tur tali laudo.l.diem proferre.§.stari.ff.de arbi. ¶ † Secundo
aduerte inquantū Bar.format argumentū Dy.hoc mō.Sicut
per pactū potest renūtiari appellationi.l.j.§.ij.j.a quib.appel.
non li.l.fi.§.fi.C.de tempo.app. Ita per pactum debet posse fie
ri qd possit appellari vbi alias nō posset. Ista argumētatio non
videt bona:qz in primo casu:ꝑ tale pactum de nō appellādo nō
agit de tribuēda iurisditione:prout fieret in scdo casu quando ꝑ
pactū ageret qd a sentētia arbitri ꝛ sic priuati hoīs carentis iu-
risditione posset appellari.Nisi respōdeas ex mente ꝛ ex verbis
Bar.infra qd imo appellando ꝑ hoc qd possit appellari nō tri-
buit iurisditio sed bene impedit actus qui de iure valet ꝛ tenet.
¶ Tertio inquātū Bar.refert Spe.in ti.de app.in.§.in quib9.
in ver.xvj tenere cōtra opi.Dy.s.qd valeat tale pactū qd a sen-
tētia arbitri possit appellari.Credo qd bar.nō bñ viderit Spec.
q tenet de directo contrariū: dicit qd si conuenerit inter partes
qd a sentētia arbitri liceat appellare:qd nō valet inter partes cō
uētio.Allegat in argumentū bonū tex.i aut.in med.lit.nō fie.sa.
ius.circa fi.ꝑnc.col.viij.vbi ad lrām dicit tex.qd eū in legū ꝑtāte
positū est:nō egebit aliqua extinsecus dispōne:vt ibi.ꝛ.l.priua-
85 toꝝ.C.de iurisdi.om.iudic.¶ †Quarto principalr aduerte in-
quantū cōcludit Bar.qd in casib9 in quib9 hodie ex sentētia ar
a bitri[a] oritur actio:iuxta.l.[illegible]ca.ꝛ.l.ne in arbitris.C.de arbi.
poterit absqz alio facto a t[illegible] appellari:eo qz tunc cessat ra-
tio quā assignat tex.in.l.j.C[illegible] arbi.Bar.in hoc male dicit:ꝛ cō-
muniter reprobat:lz etiā i[illegible]Barto.in.d.l.j.C.de arbi.
vbi dicit istā esse suā nouā o[illegible] quā putat esse verā.ꝛ i
l.ij.§.eo.Bar.ꝛ Pau[illegible] ca[illegible]o.ad fi. ¶ Ut dixi ista
opi.est damnata a le[illegible]s et[illegible] Contrariū tenet glo.or.
in.d.l.arbitro.ꝛ ibi [illegible]c.de [illegible]ēs Moder.glo.ꝛ doct.
in.d.l.j.C.de arbi.Jo.de Imo[illegible]char.j.a quib.app.non
li.Imo.do.Alex.ꝛ [illegible]hic.[illegible].idē tenēt do.Anto.de
but.ꝛ do.Abb.in penul.colū[illegible]ectus.de arbi.do.Ant.ꝛ
Imo.in.c.quintauallis.in.xvj.differētia.de iureiurau.ꝛ attestat
Alex.hic.qd cōis opi.est in hoc cōtra bar.Adde qd similiter.d.
Abb.in.c.suspicionis.de offi.dele.dicit:qd ista opi.Bart.cōiter
86 nō tenet.¶ †Fundamentū huius cōis opi.ꝯtra Bar.est:qz ap
pellans vr dicere sententiā sibi displicere:vt dicit text.in.l.j.C.si
sepius in integ.resti.fue.postu.quo casu nō hz locū.d.l.cū antea.
vt ibi est tex.in verbo displicebat.nec tūc oritur actio.Preterea
in casibus positis.in.d.l.cū antea.non est expediens introduce-
re remediū appellādi:attento qd per solā contradictionē simpli
citer factā infra.x.dies impedit posse nasci actio:ergo frustrato-
riū esset remediū appellādi. Nec est verū assumptū Bar.qd per
appellationē appellans videat approbare sententiā per.l.iij.§.
falsus.j.rem ra.ha.qz ibi nō dicit qd appellādo videat sentētiā
approbare:sed bene videt approbare personā illius cū quo lata
est sentētia.Preterea ibi sentētia erat aliqua quo ad ꝓcuratorez
lz falsum.l.lz.C.de procura.ꝛ.l.plautius.§.eo.sed erat nulla quo
ad dñm:vnde cū talis nullitas inducat ad merū fauorem dñi:ni-
mirū si pōt eā approbare:qz quilibet pō renūtiare fauori suo.l.
si quis in cōscribēdo.C.de pac.c.si diligēti.de fo.cōpe.que ratio
87 cessat in presenti ꝓposito.¶ †Preterea ꝛ tertio nō dz attēdi ap
probatio q fit vt eodē instāti reprobet.l.qui sic.ff.de solu.l.titio.
cū moriet.ff.de vsuf.Preterea ꝛ quarto.i.d.l.iij.§.falsus.appro
batio ꝛ reprobatio tēdebāt circa diuersa:qz dñs approbat factū
falsi ꝓcuratoris:vt habeat pinde acsi a principio fuisset ver9: sz
reprobat sniam iudicis:dicens eā esse iniustā: vnde nihil repu-
gnat i duob9 diuersis subiectis posse esse duas qualitates ꝯtra-
rias.l.si ancillā.j.ꝓ suo.Sed in casu nostro approbatio ꝛ repro-
batio tēdūt circa vnū ꝛ idē subiectū: scz circa sniaz:ꝛ sic falsuz est
assumptū bar.ꝑ.d.l.iij.§.falsus.Sicut etiā cōiter reprobat alius
intellectus Bar.quē ꝑ.d.l.iij.§.falsus.ponit Bart.in.l.posthu-
mo.C.de bo.po.contra tabu.ꝛ in.l.filio ꝑterito.§.de iniusto.rup.

a ¶ Hodie ex sentētia arbitri. Adde ꝛ vide qñ ex sententia arbitri oriat actio ꝑ Alexan.de Imo.in cōsi.xcvj.col.iiij.ver.ꝛ lz.i.j.vol.ꝛ in consilio xix.colū.ij.circa finē.in iiij.volu.

a ¶ Emologatio. Adde qđ sententia arbitri emologata pariat actionē tꝫ Sozi. in ꝯsi. xxvij. col. v. versi. scđo confirmo.

88 ¶ †Quinto inquãtũ Bar. sequẽdo gl. in. l. ij. ff. de arbi. tenet qđ
emologatio[a] laudi & dispositio. d. l. cũ antea. hꝫ locũ etiã qñ est fa
ctũ cõpromissum cũ pena: adiecta clausula rato manẽte pacto: et
sic rato manẽte cõpromisso: nã tũc etiã orit᷑ actio ad id in quo est
cõdẽnatus ex sentẽtia arbitri emologata. Idẽ tenet Bart. in. d. l.
ij. & in. l. si duo. in princi. ff. de arbi. & in. l. cũ antea. vbi etiã Bal. &
Sali. & Fulg. C. de arbi. idẽ Barto. in. l. ait pretor. in prin. ff. de re
iudi. Spec. in tit. de arbi. in. §. j. in versi. cõsueuit. & in versi. quid
ergo. & ibi Jo. an. in addi. Bal. in. l. post sententiã. in. j. colũ. C. de
sentẽ. & in. l. fi. in. iij. col. C. de execu. rei iudi. & do. Ant. de but. in. c.
per tuas. de arbi. & ista est magis cõis opi. ſm do. Alexã. in. d. l.
89 ait pretor. in prin. Fundamentũ Bar. est† qꝛ ꝓpter talẽ clausulã
videnť eẽ duo cõpromissa separata: vnũ cũ pena: & aliud sine pe
na nudo pacto celebratũ. Ideo etiã sublato vno ꝑ solutionẽ pe
ne remanet aliud celebratum pacto nudo: cuius respectu cadit
emologatio laudi arbitri: & sic põt habere locũ dispositio. d. l. cũ
antea. ¶ Istã opi. lꝫ magis cõem reprehẽdũt Imo. do. Alex. et
Are. hic: Raph. cu latius do. Alexã. in. d. l. ait pretor. in princ.
Cy. post antiquos. in. d. l. cũ antea. Jo. an. & Imo. in. c. dilecti. de
90 arbi. & Imo. in. d. c. ꝑ tuas. †eo qꝛ de iure ciuili solũ põt emolo
gari sententia arbitri qñ factũ est cõpromissum nudo pacto sine
pena: & tũc ĩ subsidiũ est inuẽta ꝓuisio. d. l. cũ antea. qđ emologã
do sententiã oriat᷑ actio ex sentẽtia arbitri: que alias pacto nudo
nõ ꝓduceret actionẽ. l. iurisgen. §. sed cũ nulla. ff. de pac. Sed pro
uisio subsidiaria cessat qñ promissa est pena ad quã põt agi: tunc
prouisio hominis de pena facit cessare ꝓuisionẽ extraordinariã
d. l. cũ antea. ꝑ regulã. l. fina. C. de pac. cõue. ¶ Sed si vis tenere
opi. bart. magis cõem: istud argumentũ põt euadi ex fundamen
to Barto. respectu vltimi pacti nudi resultãtis ex clausula: rato
manẽte pacto: cuius respectu cessat ratio predicta: et sic cadit ibi
emologatio. Nisi negares assumptũ bar. qđ dicant᷑ duo compro
missa: imo vnũ tantũ: prout etiã tenet Raph. Fulg. in. d. l. cũ an
91 tea. ex quo tendũt in idem arg. l. qui bis idem. ff. de verb. obli. †et
illa clausula rato manẽte pacto censetur pars illius cõpromissi.
l. fundi partẽ. ff. de cõtrahen. emp. ¶ Sexto aduerte inquantum
Bar. no. vult qđ per appellationem nõ dat᷑ iurisditio: eo qꝛ põt
appellari ab eo qui nõ hꝫ iurisditionẽ: si eiꝰ actus tenet & habet
effectũ iuris: patet qꝛ põt appellari ab executore qui nullam ha
bet iurisditionẽ. l. executorẽ. C. de execu. rei iudi. Adde bene fa
cere qđ a trãsactione & ab alio actu extraiudiciali põt appellari:
prout dixi. ff. in primo assumpto Bar. ¶ Septimo et vltimo ad
uerte dũ Bar. dicit qđ in ciuitatibus Italie cõiter sunt statuta:
qđ ex sententia arbitri oriatur actio: tunc scđm eum nõ est dubiũ
qđ poterit appellari: idem tenet Bart. in. d. l. j. C. de arbi. ¶ Tu
92 adde fortius† quod a sentẽtia arbitri electi ex necessitate statuti

b ¶ Põt appellari. Adde qđ idẽ late ponit Feli. in. c. fina. colũ. penul. de re iudi.

potest appellari[b] quãuis statutũ nõ dicat qđ oriat᷑ actio. ita te
net Bar. in. l. fi. & ibi Bal. & Sali. C. de iudi. vbi alias plenius di
xi de hoc. Bar. in. l. j. §. fi. ff. a qui. appel. nõ licet. & est glo. expresse
de hoc. ij. q. vi. c. a iudicibus. & glos. in. c. ab arbitris. in glos. fin. in
verbo appellãdũ. & ibi Pet. de anch. de offi. deleg. in. vi. Ange.
& Pau. de cast. in. l. apertissimi. per illum tex. C. de iudi. late Are.
hic: in. xi. col. quãuis contrarium in hoc vltimo videatur tenere
idem Bar. in prima consti. C. in. j. col. ad fi. & seq. sed cõcorda hãc
contrarietatem Bar. vt per Imo. in. lj. in penul. col. ff. solu. ma.
& ibi latius do. Alexã. in. xxv. col. & ita habes perfecte expeditũ
93 primũ articulũ Bar. ¶ †Circa scđm articulum bar. Breuiter
me expedio. An ꝑ pactum possit fieri qđ a sentẽtia arbitri possit
appellari in casibus in quibus nõ orit᷑ actio. bar. cõcludit qđ sic:
capiendo appellationem large et improprie pro quadã reuisio
ne seu specie reclamãdi. l. nõ distinguemus. §. cũ quid. ff. de arbi.
sed nõ quantũ ad appellationẽ ꝓprie sumptã. Cum sentẽtia ar
bitri q̃ nulla est ex defectu iurisditionis: non possit per appella
tionẽ infirmari. Idẽ tenent cõiter alij: & ista est magis cõis opi.
ſm do. Alex. cũ alijs cõcor. hic per eũ alleg. Inquãtũ tñ Bart.
pro hoc alleg. tex. in. l. arbitro. ſm intellectum glo. ff. qui satisda.
cog. qđ habeat locum officiũ iudicis: lꝫ non appellatio: vt ibi: et
l. fi. ff. a quib. appel. nõ li. Iste intellectus nullatenus stare potest:
prout latius dixi in. l. arbitro. ¶ Capio glos. ij. magnã quã di
uide magistralieter in sex partes principales. In p̃ia declarat
secundã partẽ text. in genere. In secunda declarat in specie quo
ad tẽpus. In tertia quo ad locũ. In quarta quo ad cõditionem.
In quinta contra primum de tp̃e format duas opp. In sexta et
vltima allegat quinqꝫ cõcordãtes nõ ad istã secũdã partem: sed
ad primã partẽ. tex. & cõtra eã opponit & bene soluit: secũda ibi
& dic tẽpore. tertia ibi. Item non finit᷑ obligatio loco: quarta ibi.
Item qđ dicit conditione: quinta ibi. Item ad id qđ dicit de tẽ
pore. sexta & vltima est ibi: itẽ facit ad hoc. ¶ In ea. glo. ibi volo
qđ si heres nõ petat: gl. videt᷑ corrupte loqui: qꝛ heredi nõ cõpe
tit actio ex testamento: sed petitio hereditatis. Unde debuit gl.
dicere: qđ si legatarius nõ petat vsqꝫ ad tantũ tempus: qꝛ legata
rio ꝓprie cõpetit actio ex testamẽto ꝯtra heredẽ: & proprie text.
loquit᷑ de obligatione que debet᷑ legatarijs contra heredẽ. Nisi
salues gl. ex mente Imo. hic: qñ aliqđ esset legatũ heredi ab alio
legatario: iuxta. l. plane. §. si duobus. cum ibi no. ff. eo. Sed plus
placet id qđ dixi. ¶ In ea. glo. ibi: sed tñ exceptione põt repelli:
habes ex gl. qđ actio ex testamẽto q̃ sui natura est perpetua: non
finitur ipso iure ex dispositione testatoris: sꝫ tantũ ope exceptio
94 nis: & cõfirmat Bar. q̃ dicunt᷑ in tex. †& gl. arguẽdo a characte
re corporali ad characterẽ ĩtellectualẽ: vt hic per eum: et latius
in. d. l. iiij. ff. de serui. Subdit postea Bar. ad hoc vt bona sit simi
litudo tex. qđ etiã in prima parte: lꝫ prohibitio testatoris ip̃o iu
re nõ valeat circa substãtialia: valet tñ ex naturali equitate: et sic
in effectu ope exceptionis & replicationis: vñ legatarius põt re
tinere rẽ sibi relictam in testamento non solẽni & agentẽ repellere
ope exceptionis: cũ sibi naturaliter debeat᷑: per. l. militis codicil
lis. §. veteranus. vbi solẽnis tex. ff. de testa. mili. Et qđ relictũ in
testamento nõ solẽni debeat᷑ naturaliter: ponũt glo. & scribẽ. in. l.
cũ quis. C. de iur. & fac. igno. & in. l. j. ff. de cõd. inde. & in. l. cuius ꝑ
errorẽ. ff. de regu. iur. & ita tenet᷑ cõiter: qđ legatarius põt retine
re rẽ sibi relictã in testamẽto non solẽni: quãuis contrariũ teneat
Bal. in repe. l. j. in. xix. co. in ver. sup primo quesito videtur. C. de
sac. san. ecc. de quo plene tetigi: in. l. si post diuisionẽ. C. de iur. &
95 fac. ign. ¶ †Subijciũt Imo. & latius do. Alex. qđ in foro cõscie
tie etiã hereditas põt retineri ꝑ heredẽ scriptũ in testamẽto mi
nus solẽni: ꝑ illud qđ no. Inno. in. c. qꝛ pleriqꝫ. de immu. ecc. et ĩ
c. qđ sicut. de elec. in q̃bus locis tenet qđ victus seu ꝯdẽnatus in
iuste per sentẽtiam: põt in foro cõscientie retinere id in quo fuit
96 indebite cõdẽnatus. ¶ †Ego in presenti materia anno preteri
to cõsului in causa valde ardua vltra mõtes: An nepos testato
ris in foro cõscientie: & sic aĩe: & sine peccato possit auocare here
ditatem ab herede scripto in testamẽto in scriptis subscripto et
sigillato a septẽ testibus in cuius apertura nõ fuit in specie cita
tus ipse nepos prout debebat: & non fuerũt seruata req̃sita a iu
re: q̃ habes in titulo. ff. quẽad. test. ape. per totum. ¶ Pro parte
negatiua qđ nõ possit sine peccato auocare talẽ hereditatẽ mul
97 ta videnť stringere. † Primo qꝛ tale testamẽtum saltẽ est solẽne
& validũ de iure gentium: cũ habeat volũtatẽ testatoris que vo
lũtas probat᷑ ex testamẽto inualido & nõ solẽni. l. fin. ff. de reb. eo.
& l. in testamẽto. ff. de fideicõ. lib. ergo dꝫ valere in foro consciẽtie
& aĩe: per regulã no. quã tradit Inno. in. c. qꝛ ꝓpter. de elec. & i. c.
98 sic celebrat. de cle. ex. mini. †qđ qñ actus valet de iure gẽtiũ & ha
bet valũtatẽ & cõsensum partiũ: lꝫ non sit seruata forma tradita
a iure positiuo: tñ est tutus in foro cõscientie: & tale testm̃ in foro
consciẽtie valet. Et ideo si aliq̃s est electus nõ seruata forma tra
dita ꝑ ius positiuũ: ex quo tñ interuenerit cõsensus eligẽtiũ: & sic
actus valet de iure gentiũ: talis electus est tutus in foro consciẽ
tie. Refert & sequit᷑. d. Abb. Panor. in. c. j. ad fi. de in integ. rest.
Ubi ex hoc generalr̃ no. qđ in oĩ actu in quo est p̃termissa forma
req̃sita a iure positiuo: tñ in foro cõsciẽtie nõ dꝫ q̃s sibi facere cõ
sciẽtiã: ex quo nõ interuenit deceptio & ꝯcurrit cõsensus & volũ
tas q̃ req̃rit᷑ a iure gentiũ: & ita in casu p̃dicto vidi consultũ in ci
uitate Mediolani ꝑ quendã magnũ aduocatũ q̃ ita cõsuluit so
lũ ex autoritate do. Abb. ĩ. d. c. j. ad fi. Idẽ qđ do. Abb. tenet for
maliter Gemi. in. c. j. in prin. de spon. in. vj. per illũ text. probãtẽ
qđ actus põt esse nullus de iure positiuo: sed valere in foro aĩe &
in foro cõsciẽtie. idẽ tenet Pet. de anch. in regula bñficiũ. de reg.
iur. in. vj. ¶ Scđo pro ista parte facit qđ in terminis tenuit Pe.
de ancha. in regula possessor. in. j. q. de re. iur. in. vj. vbi in specie
99 tenet† qđ institutus in testamẽto carẽte solẽnitatibꝰ iuris ciuilis
& habẽte cõsensum purũ testatoris: põt licite retinere talẽ heredi
tatem in foro cõsciẽtie & sine peccato. ¶ Tertio facit qđ egregie
100 tenet do. Abb. in repe. c. relatum. primo. in. v. col. de testa. †vbi
tenet qđ stante statuto qđ in cõtractibus mulierũ debeat interue
nire certa solẽnitas: puta cõsensus ꝓpinquoꝝ: tñ cõtractus mu
lieris factus sine fraude valet in foro cõscientie: lꝫ nõ sit seruata
forma req̃sita a statuto: qđ bene teneas cordi. ¶ Quarto ad idẽ
facit qđ tenet do. Abb. in. c. porrectũ. in. ij. no. de regula. per gl.
101 ij. ibi: †vbi tenet: qđ ꝓfessio facta omissa format tradita in regula
ligat tñ ꝓfessum quo ad deũ & in foro cõsciẽtie. Ista sunt q̃ vidẽ
102 tur stringere ĩ fauorẽ heredis scripti. ¶ †Ego istis nõ obstãti
bus per plura cõsului cõtrariũ: presertim ꝑ illud qđ in terminis
nostris multũ in specie decidit Jo. cal. in. q. ꝑ eũ disputata q̃ in
cipit: bononiẽsi statuto cauet᷑. vbi no. tenet qđ heres ab intestato
lꝫ põt petere & cõseq etiã in foro cõsciẽtie & sine peccato heredita
tẽ illiꝰ q̃ testm̃ fecit & aliũ heredẽ scripsit: tñ tale testm̃ est effectũ
irritũ: eo qꝛ non fuit insinuatum nec positum memoralibus ſm
formã statuti: eo qꝛ tale statutũ fuit editum ꝓpter cõe bonũ ad
occurendũ falsitatibus que alias in testamento possent cõmitti
l. fi. C. de fideicõ. ergo est seruandũ in foro cõscientie si non indu
cit peccatũ. viij. dist. in. c. quo iure. Istam decisionem formaliter
refert

refert ꝛ sequit᷑ do. Alex. hic in. xi. col. ꝛ credo qd nihil melius ad
duci posset: nam in istis terminis testamentū valebat nō solū de
iure gentiū: sed etiā de iure ciuili: ꝛ ꝓbabat voluntatē testatoris:
tamē qꝛ post mortē testatoris tale testamentū nō fuit positū in
memorialib⁹ publicis ex forma statuti fit irritū: pōt proximior
ab intestato sine peccato in foro anime auocare talē hereditatē.
¶ Secundo moueor per illud qd egregie: ꝛ no. tenet Bal. i ↄsi.
ccxxxv. tertij volu. incip. Si quis iuris ciuilis originem conside
103 ret. vbi no. ꝛ † qd vbi lex ciuilis aliqd statuit: tale statutū etiam
in foro penitētiali ꝛ aīe seruādum est nisi als insit peccatum vel
dolus. c. qm̄ omne. de pscri. alioquin: si secus diceremus esset di
cere qd leges ciuiles essent vitiose ꝛ multorum anime essent illa
queate ꝛ dānate: qd nullatenus est dicendum qꝛ esset maximum
absurdum: cum leges ciuiles excusent cōscientiam a peccato: vt
104 ibi plenius per eū. ¶ † Tertio moueor: qꝛ heres legitimus qui
est proximior ab intestato non tenet᷑ in foro cōscientie dare here
ditatem: vel aliquā partē hereditatis heredi scripto in testamē
to quod postea apparuerit non esse solēne fm ius ciuile: quāuis
esset solēne scdm ius gentiū: qꝛ cum retineat ab intestato heredi
tatem lege permittente: ergo nō peccat. xxiij. q. iiij. in. c. q peccat.
Ita tenēt legiste ꝛ canoniste: ita tenet no. Bal. in. l. si post diuisio
nem. ꝛ in. l. cum quis. in. iiij. colū. ver. decimo probat᷑. C. de iur. et
fac. igno. ꝛ in auṫ. ingressi. in. vij. colū. C. de sac. san. ecc. ꝛ in. q. per
eum disputata que incip. statuto caueṫ qd fenerator. in. iij. char.
idem tenet Ang. in. q. per eum disputata que incip. astēsis miles
in. xviij. col. apud can. do. Anto. de but. in. c. nouit. in. xij. colū de
iudi. ꝛ idem do. Anto. in. c. qꝛ plerique. de immu. eccle. ꝛ do. Alex.
105 hic ¶ † Quarto moueor qꝛ etiā in foro cōsciētie ꝛ aīe leges ciui
les attendi debent. cum fundent᷑ in rōne naturali: ꝫ non apices
iuris: fm Bal. in. l. vni. in. ij. col. C. de confes. Et qd leges ciuiles
ligēt etiam in foro cōscientie: tenet not. And. de iser. quē videas
in. c. j. §. j. ante fi. de pac. iur. fir. in vsi. feu. Item leges ciuiles que
nō cōtinēt in se peccatū sunt obseruāde etiā in foro penitentiali
ꝛ aīe: ꝛ ista est cōis conclusio oīm. Ita attestat᷑ do. Abb. in proe.
decre. qd incipit rex pacificus. in. ij. col. ꝛ in. ij. q. Idē ꝛ latius te
net idem do. Abb. in. c. j. in. ij. colū. de cōsti. vbi etiam idem dicit
qd ista est cōis cōclusio omnium: qd si lex ciuilis nō est nutritiua
peccati qd seruāda est etiā in foro aīe. istam ex quo lex ciuilis est
edita autoritate omnipotentis dei: qui leges fecit condi p suos
ministros. viij. dist. c. quo iure. Et prouerbior. viij. vbi dicit᷑ per
me reges regnāt ꝛ legū conditores iusta decernūt. Si ergo sunt
condite autoritate dei: ergo seruande sunt etiā in foro aīe: qꝛ oīa
nostra facimus quibus autoritatē impartimur. l. ij. §. ij. C. de ve
te. iur. enucle. Idem etiam tenet do. Abb. in. c. ij. de test. ꝛ in. c. qꝛ
106 plerique. in. iij. colū. de immu. eccle. † Similiter statuta laicorum
sunt seruanda etiā in foro conscientie. glo. est ordi. in. c. que in ec
clesiarū. in gl. j. de consti. ꝛ ibi Bal. in. j. col. cam ad hoc no. ꝛ di
cit qd nō reperitur alibi in iure. Ista pars scdm quā cōsului: ad
huc apparebit verior si dedero responsum allegatis. s. in ↄrū.
107 ¶ † Non obstāt ergo in opp. deducta: qꝛ respondeo vno verbo
qd procedūt quātum ad retinendū: qꝛ heres scriptus in testamē
to qd nō est solēne de iure ciuili: si habet voluntatē ꝛ cōsensum te
statoris pōt in foro consciētie licite retinere talē hereditatē si eā
possideat ꝛ non molestet᷑ per alium pretēdentem ius. Ita ꝓprie
loquunt᷑ superius in cōtrarium adducta: et ita etiā tenet Bal. i. l. j.
in. ij. colū. C. de testa. Pau. de cast. in. l. ad testiū. §. conditionē. s.
co. de test. Joā. de imo. hic. do. Abb. in. c. j. in. ij. colū. qd me. cau.
Et propterea tenet in specie Pe. de anch. in. d. regula possessor.
in. j. q. qd institutus in testamēto carēte solēnitatibus iuris ciui
lis ꝛ habēte cōsensum purū testatoris: licite pōt retinere talē he
reditatē in foro conscientie. Et ita fm qd respondi in specie de
clarat ꝛ limitat doctor veritatis do. Alexā. hic. in. x. col. seq. licet
predicta non allegat que ego per me cumulaui. Et qd debeat di
stingui: quis possideat ꝛ quis petat: habes bonū ꝛ solē. text. in. l.
militis codicillis. §. veteranus. s. de test. mili. No. predicta quia
108 credo qd non habeas alicubi sic recollecta. ¶ † Iuxta istā par
tem qrit Bar. an per pactū possit tolli pscriptio: seu eius cursus
impediri: adde dictis Bart. Primo dū alleg. gl. no. in. l. cū qs.
§. si quis pro reo. ſ. de sol. vbi per dationē fideiussoris interrūpit᷑
prescriptio: qn̄ fideiussor dat᷑ ante prescriptionem finitam: secus
si ea finita: qꝛ facilius res cōseruatur quā de nouo inducat᷑: ꝛ di
cit ibi Bart. qd quotidie allegat᷑ illa lex cū gl. Tu dic qd de hoc
est tex. expressus: ꝫ glo. nunqꝫ allegauerit. in. l. j. §. fi. cū. l. seq. ſ. de
iti. actuque priua. vbi est melior text. qui reperiatur in mundo ad
hoc fm Bal. in. c. vigilāti. in. ij. col. de prescrip. facit regula. l. pa
tre furioso. s. de his qui sunt sui vel alie. iur. ꝛ. c. queadmodū. de
109 iureiurā. ¶ † Secūdo adde inquantū Bar. tenet: qd si res trāsi
ret in alium qui habeat bonam fidē qd prescriberet seruituti nō
obstāte pacto. In contrariū videret᷑ facere regula: qd mala fides
autoris nocet singulari successori ad pscribendū: quāuis haben

ti bonam fidem quo ad impediendam prescriptionem: auṫ. ma
le fidei. C. de prescri. lon. tēpo. ꝛ. §. rursus. vnde sumit᷑ illa auṫ. in
auṫ. vt spō. largi. col. ix. defendendo Bar. dic no. qd illa auṫ. ma
lefidei ꝛ in corpo. vnde sumit᷑: loqt᷑ de prescriptione rōne dnij
quādo agit᷑ de prescribēdo dominiū rei: vt ptꝫ ibi in tex. in vbo
dnī nō auṫ ꝓcedit in iurib⁹ incorporalib⁹ pscribēdis: put est hic
110 in seruitute reali de qua ꝓprie loqtur Bart. ¶ † Hinc est qd si
debitor alienat rē p se alteri hypothecatā: emptor prescribit ad
uersus talē hypothecā longo tpe quāuis debitor: ꝛ sic autor sci
ret illā rē esse alteri hypothecatā. l. seqtur. §. si rē. ſ. de vsucap. fm
Cy. ꝛ Ang. in. d. auṫ. malefidei. Spec. ꝛ Jo. an. in titu. de pscrip.
§. j. in versi. quid si debitor. ꝛ in ver. sed nunqd hodie. do. Alex.
in. l. pōpo. §. cū quis. in. vj. fallē. ſ. de acqui. pos. vbi do. Alex. nō
fuit recordatus. de Bar. hic. idē tenet Ange. de are. in. §. ꝫ iste. i
111 viij. colū. insti. de act. ꝛ in. §. furtiue. insti. de vsuc. ¶ † Tertio in
principali articulo cōcludit Bart. p pactū nō posse tolli nec im
pediri prescriptionē: qꝛ pscriptio est introducta ꝓpter bonū pu
blicū. l. j. ſ. de vsuca. ergo ei renūtiari non potest. l. ius publicū. s.
de pac. cū Bar. tenēt Rapha. cu. do. Alex. ꝛ Are. hic. cū multis
alijs cōcor. additis per do. Alexā. quib⁹ adde qd idē tenet Bal.
in. l. si quis post ꝓ. ſ. de fideiu. do. Abb. in rub. de prescri. in vlti.
col. Lud. ro. in repe. rubri. ff. de arbi. in. xx. col. ꝛ in cōsi. ccj. incip.
pro decisione presentis dubitatiōis. in. ij. col. ꝛ istā tene. ¶ Con
trariā opi. tenet Dy. p aliqua fundamēta quib⁹ respōdet Bar.
ꝛ cū op. Dy. tenēt plerique: presertim Bal. hic sibi contrarius. di
cit qd docto. cōiter adherēt opi. Dy. ꝛ qd ipse pro ista parte cō
suluit. Idem tenēt Flo. ꝛ Imo. hic. Bal. ꝛ Ange. in. l. j. C. ne rei
domi. vel tēplo. Bal. in. l. j. in. iiij. colū. C. de sen. que pro eo qd in
terest. Joā. an. in addi. Spec. in titu. de prescrip. super rub. in. ij.
112 col. do. Anto. de bu. in. c. cū non liceat. de prescrip. ¶ † Potissi
mū fundamentū tenētiū istā partē Dy. est: qꝛ prescriptio princi
paliter respicit priuatā vtilitatē prescribētis ꝛ secūdario publi
cam: prout declarat Bar. in. l. j. s. solu. matri. ergo ei pōt renūtia
ri. vt no. Bar. in. l. pe. C. de pac. qꝛ tūc nō sumus in casu. l. ius pu
blicum. s. de pac. Huic fundamento potes dupliciter responde
113 re. † Primo fm Imo. hic qd etiam iuri cōcernēti secūdario bo
num publicū renuntiari nō potest. l. de die. ꝛ. l. attilicinus. s. de
pac. do. iuncta. l. j. s. sol. matri. Hoc etiā patet. in. l. qd de bonis.
§. j. s. ad. l. falci. Secūdo respōde prout dicit no. Bar. in. d. l. ius
publicum. circa fi. s. de pact. qd quando per. l. aliquid statuit᷑ ex
causa publice vtilitatis: licet respiciat principaliter vtilitatē pri
uatam: tamen ei renuntiari non pōt. allegat ad hoc. d. l. de die. l.
ij. ꝛ. l. queadmodum. C. de agri. ꝛ censi. lib. xj. Sed prescriptio vi
detur inducta expresse ob bonū publicum. vt dicit tex. in. d. l. j.
ſ. de vsuca. ergo ei non potest renuntiari: dato etiam qd priuatā
vtilitatem principaliter respiceret. Et sic tene opi. Bar. hic. ꝛ in
114 d. l. j. ſ. de vsuca. † limitat do. Alexā. hic: quādo prescriptioni re
nuntiaretur cum iuramento: tunc bene valeret: per tex. in. c. cum
contingat. cum simi. de iureiurā. vbi in dote: ꝛ sic in iure inducto
principaliter in fauorem priuatum: secūdario publicum: renun
tiatur cum iuramēto: vt hic. ꝛ. c. ꝫ mulieres. de iureiuran. in. vi.
Imo fortius istud etiā procedit scdm eum in prescriptione indu
cta odio alterius: qꝛ iuri introducto in odium alterius potest re
nuntiari cū iuramento. c. significante. de pigno. declarat Bart.
in. l. si quis pro eo. in tertio ꝛ quarto membro principali. ſ. de fi
deius. Et dicit do. Alex. istud vltimum esse bene ponderandū: qꝛ
115 non reperit ab alio scriptū. † Ego aūt reperio [a] ab alio scriptū:
a ꝛ contrariū in terminis tenere Rapha. cu. in consi. clxix. incip. vi
sa copia precepti. ad fi. vbi in terminis statuti disponētis: qd de
bito prescribat᷑. x. annis: ꝛ sic in prescriptione inducta in odium
negligētis petere: nō pōt renuntiari etiam cum iuramēto: ꝛ iura
mentum non validat huiusmodi renūtiationē: per. c. si diligenti.
de fo. cōpe. vbi habet᷑: qd iuri publico non potest renuntiari etiā
cum iuramento: iuncta. l. ij. ꝛ. l. queadmodum. C. de agri. ꝛ censi.
lib. xj. ꝛ. d. l. j. ſ. de vsuca. ꝛ iuncta gloss. not. in auṫ. vt sine prohib.
ma. crediti. ꝛ ita etiā videt᷑ tenere Ang. in consi. lv. incip. Guiliel
116 mus ꝛ Frāciscus. ad fi. ¶ † Quarto inquātū Bar. tenet nō pos
se per pactū renūtiari statuto disponēti quod debito prescriba
tur. x. annis: eo qꝛ talis prescriptio est odiosa: qꝛ currit ex sola ne
gligentia non petētis. l. fi. in fi. C. de edic. di adri. tollen. aduerte.
qꝛ illa. l. fin. in fi. loqtur in prescriptione. xxx. annorū: illa bene est
odiosa: qꝛ ꝓcedit absque titulo: ꝛ bona fide ex sola negligentia nō
petentis: ergo nō videt᷑ facere ad propositū Bar. ¶ Defenden
do Barto. dic no. qd ista prescriptio statutaria. x. anno. est subro
gata in locum illius pscriptionis. xxx. anno. Ideo assumit eius
naturā: ꝛ censet᷑ etiam ipsa odiosa: vt expresse no. Bal. in. l. in cō
tractibus. in prin. in. j. no. per illum tex. C. de nō nume. pecu. vbi
117 no. Bal. † qd prescriptio statutaria minuens prescriptionē lon
gioris tēporis: assumit eius naturā: ꝛ ita etiā dicit idem Bal. i
c. si quis per. xxx. in vlti. colū. si de feu. fue. cōtro. inter do. ꝛ agna.

a ¶ Ego aūt reperio. Adde tu qd etiā ante cōmē. hanc opi. ꝫ Hostien. in sum. de pre scrip. in. §. q res. v. opin. tū est. et po nit etiā Fel. in rub. de p scri. col. vij. versic. fallit quarto.

patet: qꝛ ista prescriptio statutaria .x. annorum currit ex sola ne-
gligẽtia non petẽtis: sicut ꝛ illa .xxx. anno. l. sequit. §. si viã. ff. de
118 vsuca. ¶ † Quinto et vltimo diligenter aduerte in practica ad
cautelã quã tradit Bar. ad impediendum prescriptionem statu
tariã: qd per pactum expressum agat qd finita prescriptione per
lapsum .x. annorũ prefixorum a statuto: iterum deberi incipiat: ꝛ to
ties incipiat deberi quoties completa fuerit: per tex. qui prima
inspectione videt bene facere in. l. sicut in annos. in prin. ff. quib.
mo. vsusfr. amit. adde Bal. in repe. l. cũctos populos. quã pauci
habẽt. in .xl. colũ. C. de sum. trini. vbi per istã cautelã Bar. no. qd
illud qd nõ põt fieri per viam renũtiationis: fiat per viã repetite
obligatiõis: ꝛ ideo põt testator: ꝛ possunt contrahẽtes ita dicere
quoties prescriptũ fuerit toties iterum deberi volo: qꝛ desinẽtia
vnius est origo alterius sm Bal. in. l. ij. C. vt in pos. leg. Idẽ te-
net Flo. in. l. si vsusfructus alterius anni. ff. qui. mo. vsusfr. amit.
do. Barth. vero. in cau. xciiij. ꝛ per eũdẽ in cau. c. ꝛ. cix. ¶ Licet
oẽs teneant istam cautelã Bart. mihi nullatenus placet. Mo-
ueor: qꝛ per eã fieret expressa fraus statuto: cõueniẽdo qd elapso
decẽnio: ꝛ sic decursa prescriptione statutaria iterum deberi inci
piat. Ista conuentio ad nihil aliud fit: nisi vt fraudetur statutum:
ergo nihil valet: p. l. fraus. ff. de legi. ꝛ. l. nõ dubiũ. C. cõia de leg.
Et cũ partes nõ possint directo ꝛ expresse renuntiare tali statu-
to eo qꝛ cẽsetur odiosum: ꝛ qꝛ est introductũ ꝓpter bonũ publi-
cũ: put vtrũqꝫ habes hic p Bar. certe per indirectũ derogaret:
cõtra regulã. c. cum quid vna via. de re. iur. in. vi. ꝛ sic per talem
cõuentionem statutũ redderet elusoriũ ꝛ impositum vbis ꝛ non
rebus: contra. l. ij. ad fi. C. cõia de lega. ¶ Scdo in contrariũ be-
ne facit text. in bono simili valde no. in. §. emphyteosi. iuncto. §.
neqꝫ illud. in aut. de nõ alie. col. ij. dicit i. §. emphyteosim. qd res
ecclesie nõ põt dari in emphyteosim vt trãseat vltra duos here-
des: ꝛ sic vltra duas generatiões accipiẽtis: scꝫ p se filijs ꝛ nepo
tibus ꝛ nõ vltra. Postea in. §. neqꝫ illud. dicit egregie: qd si fa-
cit pactũ expressum qd post illos duos heredes etiã tertius pse-
ratur alijs: ꝛ de nouo debeat inuestiri: tale pactũ nihil valet: eo
qꝛ esset i fraudẽ legis: qꝛ p illud pactũ emphyteosis ecclesiastica
redderet perpetua. Ita formalr dicit ibi tex. Sic in proposito si
vera esset cautela Bar. per eam actio perpetuaret ꝛ efficeret p-
petua cõtra dispositionẽ statuti expresse volẽtis: qd prescribat.
x. annis. Ad idẽ bñ facit qd tenet do. Card. i cle. j. §. fi. in penu. q.
119 de reb. eccle. nõ alie. vbi tenet † qd prelatus qui ꝓhibetur locare
ad longum tẽpus: ꝛ sic ad .x. annos: vt ibi est tex. cũ glo. si locaue
rit ad nouẽ annos cũ pacto de renouando locationẽ ad alios no
uem annos inchoãdos a die finite prime locationis: ista cõuen-
tio nihil valet: eo qꝛ videt fieri in fraudẽ legis prohibentis pre-
latum posse locare ad longum tẽpus: allegat in argumentum. c.
quanto. de priui. refert ꝛ no. sequitur do. Alexã. in cõsi. lxviij. pri
mi volu. incip. visis duobus elegantissimis consilijs. vbi no. loq
tur: ꝛ tenendo istam partẽ contra oẽs: ꝛ sic qd ista cautela non sit
vera: nõ obst. tex. in quo solo se fundat Bart. in. l. sicut in annos.
in prin. ff. quib. mo. vsusfru. amit. qꝛ ille tex. nihil facit: ꝛ ad illum
tex. respõde: prout formaliter respõdet Bal. in. l. vnica. in princ.
C. de cad. tol. in. ij. col. in ver. secũdo no. argumentum ad questio
nem: qd ibi testator disponit super re sua propria: constituẽdo i
ea vsumfructum: ꝛ eo finito iterũ renouando: ꝛ istud potest opti
me facere vt ibi: sed istud non põt fieri in casu nostro: qꝛ esset con
tra ius publicũ ꝛ in fraudẽ statuti. ¶ In ea. glo. ibi volo conue-
120 niri heredẽ. † No. ex ista gl. sm Bar. qd si testator ordinauit he-
redẽ certo loco posse conueniri: puta in loco domicilij: ꝛ expresse
ꝓhibuit ne alio loco possit cõueniri: lꝫ de rigore iuris oĩ loco sit
obligatus ꝓpter characterẽ: qꝛ sicut character ita obligatio se-
quitur eũ quocũqꝫ loco. l. fi. C. de prescrip. lon. tẽpo. tñ de equita-
te obstat exceptio: propter voluntatẽ testatoris: nisi sm Bart. ꝛ
alios: heres dolo faciat ne ibi conueniat vt sic legatariũ fraudet
legato. Sic etiã limitat illud qd subiungit glo. de eo qui post cõ
121 tractum est effectus clericus † qꝛ si in fraudẽ statuti fecit se cleri-
cari: vt habes per Bar. in. l. j. ff. de fer. Io. an. in. c. j. de oblig. ad
ratioci. cũ cõcor. hic additis per do. Alexã. ꝛ istã glo. not. etiam
Bal. in. c. j. de eo qui ar. bel. dep. ꝛ in. l. affinitatis. in fi. C. cõia de
suc. ¶ Adde etiã qd de ista gl. Bal. in infinitis locis facit festũ
122 Bal. in. l. ij. circa med. C. vt i pos. leg. notat hic esse gl. sing. † qd
si testator disponeret qd heres nõ posset conueniri sub iudice cõ
petenti: non valet talis dispositio testatoris: qꝛ est contra ius pu
licum. Alibi idem Bald. in. c. ecclesia sancte Marie. in. iij. col. de
123 consti. reputat istam gl. esse sing. ad aliud † qd si laicus per statu-
tum municipale tutus contra creditorẽ prescriptione triẽnij fa-
ctus esset clericus: an virtute huius statuti poterit se tueri in cu-
ria episcopali. Io. an. in. c. ij. de excep. in. vi. dicit: qd hec questio
fuit disputata Bononie ꝛ fuit determinatũ qd non: qꝛ nõ debet
ditari de alieno: sed Bal. dicit qd effectus clericus mutat forum nõ
tamen perdit ius qd est sibi quesitum. ita dicit esse gl. singu. hic.

quia hec exceptio in perpetuum estimat: ꝛ statutũ qd equipara
tur sententie diffinitiue nõ extinguit vires loci mutatione. l. cum
quedam puella. ff. de iurisdi. om. iudi. Istam glos. etiam reputat
singu. Bald. in. c. nõnulli. in. viij. colũ. de rescrip. idem Bal. in. c.
fi. in penul. col. in fi. de fer. ¶ In ea. glo. ibi Item qd dicit cõdi-
24 tio scꝫ tacita. Reprehẽdit Bar. ꝛ cum eo alij oẽs tenẽt † qꝛ con-
ditio tacita ita impedit ortum obligationis sicut expressa: vt est
glo. in. l. item qꝛ. ff. de pac. Tu salua no. istam gl. qꝛ verũ est quã-
do tacita conditio inest obligationi: secus si inest executioni. gl.
est in. l. ita demũ. per illũ tex. ff. de arbi. gl. in. l. iij. C. eo. vbi etiam
Bal. Idem tenẽt Bar. ꝛ alij in. d. l. item qꝛ. ꝛ subtiliter Bald. in
illa. l. iij. C. de arbi. ꝛ in. l. si ex cautione. in. viij. q. C. de nõ nu. pec.
ꝛ melius quã alibi Bal. in. c. fi. in. ij. col. de presumptio. vbi p eũ
subtiliter declarat: quomodo cognoscat an cõditio insit obliga-
tioni an executioni dixi in. d. l. item quia. ¶ In ea glos. ibi. Itẽ
ad id qd dicit de tempore est contra. C. eod. l. fi. Barto. ꝛ alij me-
lius respondẽt: qd hic loquitur in obligatione personali q ossi-
bus ꝛ psone coheret: vt character quidam: iuxta glos. in. l. iij. ff.
pro soc. ibi autem loquitur i dominio ꝛ sic in iure reali qd solum
adheret corpori: sicut annulus digito: et vestis corpori: ideo ista
adherentia potest esse localis ꝛ temporalis. ¶ In ea. glo. ibi: itẽ
argumentum contra. C. vt in pos. lega. l. ij. ꝛ sic ad fi. glo. Aduer
125 te in illa. l. ij. est tex. † qd testator potest remittere heredi satisda-
tionem de prestandis legatis vel fideicõmissis. Amplia mirabi
liter vt istud procedat etiam si heres sit vnus dilapidator bono
rũ: ad adhuc testator potest ei remittere talẽ satisdationẽ. tex. ha
bes de hoc valde no. in. l. fi. in prin. ff. vt le. no. cauea. Adde qd si
militer testator potest remittere cautionem mutianam. ita notat
Ang. i. §. prefate. per illũ tex. in aut. de nu. co. iiij. Tu vltra An.
adde de hoc tex, not. in. l. fi. ff. de mano. test. ¶ Nunc videndũ est
que sit ratio: quare testator possit remittere satisdationem here-
di de prestandis legatis vel fideicõmissis. d. l. ij. ꝛ tñ nõ potest re
mittere satisdationem de vtendo ꝛ fruendo arbitrio boni viri. l.
penul. C. vt in pos. leg. ꝛ. l. j. C. de vsufr. Gl. in. d. l. penul. assignat
duas rõnes diuersitatis. Bar. ff. in. j. col. reprehẽdit primã: ꝛ se
quit secũdã: qꝛ inuitaret ad delinquendũ: istam rationẽ etiã te-
net Barto. in. l. pactũ inter heredẽ. ff. de pac. ꝛ in. d. l. j. C. de vsu-
fru. Confirmat qꝛ talis remissio de vtendo ꝛ fruendo arbitrio bo
ni viri sonat in turpitudinẽ: qd vsufructuarius possit dilapida-
re ꝛ abuti: ideo nihil valet: ista ratio quã tenet bar. nõ videt esse
bona duplici rõne. Prima qꝛ scdm eã etiã ipse heres nõ posset
remittere vsufructuario talem cautionẽ de vtẽdo ꝛ fruẽdo arbi-
trio boni viri: eo qꝛ similiter inuitaret ad delinquendũ cõtra. l. si
vnus. §. illud. ff. de pac. ꝛ tñ ipse heres põt eã remittere vt ꝓbat
tex. in. d. l. pe. in verbo testõ a cõtrario sensu gl. Bart. in. d. l. j. C.
de vsufr. ꝛ sup hac difficultate Rapha. cu. relinqt cogitandum.
Imo. rñdet qd ideo heres põt remittere vsufructuario illã cau-
tionẽ de vtẽdo ꝛ fruẽdo arbitrio boni viri: eo qꝛ heres posset to
tũ donare: ꝛ sic in re ꝓpria qlibet est moderator ꝛ arbiter etiã in
abutẽdo: vt superius dixi: ista rñsio Imo. nõ est bona: qꝛ etiã ipse
testator potuisset totũ donare vsufructuario: imo potuisset circ-
linqre ꝓprietatẽ: ꝛ tñ p hoc nõ põt remittere cautionẽ de vtẽdo et
fruẽdo arbitrio boni viri: vnde tutius est tenere ꝯ gl. predictas:
qd sicut testator nõ põt remittere cautionẽ de vtẽdo ꝛ fruẽdo ar
bitrio boni viri: qꝛ remissio sonaret in vitiũ ꝛ dolũ: ita etiam nec
heres eius possit remittere: qꝛ inuitaret ad delinquẽdũ. ꝛ in. d. l.
126 pe. † nõ dꝫ sumi argumẽtũ a cõtrario sensu: qꝛ resultaret absur-
dus intellectus. l. ij. cũ gl. C. de cõdi. inser. vel potes dicere qd ta-
lis cautio põt ab herede remitti tacite: non petẽdo eam: ita ꝓce-
dit gl. ꝛ Bar. i. d. l. j. C. de vsufr. nõ aũt posset p pactum expresse
remittere. Sicut etiã iuramẽtũ calũnie põt tacite remitti nõ pe-
tẽdo aut nõ prestãdo: nõ aũt expresse. l. ij. §. sed qꝛ veremur. C. de
iur. calũ. glo. no. in. l. sed si inter. in princ. ff. de serui. vrba. predio.
¶ Scdo principalr contra istã cõem rõnẽ facit: qꝛ nõ videt ve-
rum qd per talem remissionẽ inuitaret vsufructuarius ad delin-
quendũ: qꝛ si dolose aliquid faceret in rem qua hꝫ vsumfructum
qd bonus vir non fecisset: puta qꝛ deteriorar et rem: posset expel
li ab vsufructu. l. amplius. §. fin. ff. de dam. infec. Ita in terminis
nostris in vsufructuario, tenet Pa. de cast. in aut. qui rem. C. de
sacrosan. ecc. ergo non videtur verum: qd per hoc daretur mate
ria ad delinquendum. Et per ista cum laude Dei remanet vtili-
ter: vt puto expedita ista lex.
1 ☞ Cautio que non debuit interponi si fuerit interposita an cõ
mittatur. remissiue.
Stipulatio interposita sup aliquo actu an semp intelligat scdm
naturam actus super quo interponitur: remissiue ꝛ qñ. nu.
2 Legatarius si stipulet ab herede: seruũ in specie sibi legatum nõ
esse fugitiuũ: nihil plus sibi debetur quã esset in legato. ꝛ nu. 6.
non procederet quando legatarius esset grauatus dare aliquid
heredi: vel quando heres vellet teneri.

Stipulatio

Stipulatio dicitur pendere tanquam accessoria ab actu super quo interponitur.
4 Verba debent aliquid operari.
5 Dispositio huius tex. quod procedat in titulo lucratiuo: secus in titulo oneroso: quia tunc tenetur.
7 Donans licet nõ teneaẽ de euictiõe: tamen si promittit tenetur.



I legati serui. Stipulatio erronea q̃ interponi nõ debebat si sit interposita non obligat in effectu. h. d. ⁊ sic loqui tur in herede errante scd̃m intellectũ glos. ij. ⁊ de hoc an cautio que non debuit interponi si fuerit interposita cõmitta tur: vide subtiliter ⁊ plene Bar. post Dy. in. l. si patronus. ff. de
1 dona. vel scd̃m alium intellectum glos. iij. † Stipulatio simplici- ter interposita etiã a sciẽte intelligiẽ scd̃m naturã actus sup quo interponitur. h. d. concordãtes sunt in glo. Istum passum an sti pulatio semp intelligaẽ scd̃m naturã actus super quo interponi tur: late disputaui arguendo ad partes: in rub. ff. de verb. oblig. Ad ibi plene dicta me remitto. ¶ Diuiditur ista lex in tres par tes. In prima poniẽ thema et decisio. In secũda ratio decidẽdi. In tertia ratio rationis: secũda ibi quia qualis est: tertia ibi nec
2 vllum in legato dãnum. ¶ † No. j. ex hoc tex. qd̃ si legatarius sti puletur ab herede seruum in specie sibi legatum non esse fugi- tiuum: per talẽ stipulationẽ nihil plus debetur quã esset in lega to: q: heres debet prestare talem qualis est: vt hic in text. ⁊ l. si a substituto. §. fin. in fi. s. eo. Et stipulatio diciẽ pẽdere tanq̃ acces- soria ab actu super quo interponitur: dicit text. in. l. v. §. conuen tionales. ff. de ver. obli. Alibi dicit tex. in. l. j. §. si quis sub condi tione. ff. vt leg. no. caue. allegatus in glos. stipulationi easdẽ con- ditiones ⁊ causas inesse que in legato: et sic pondera fortiter qd̃ isto modo stipulatio interposita nihil operatur: prout dicit iste tex. ibi nihil veniet in stipulatione: ⁊ sic habes per hunc text. no
3 tare magnã ampliationẽ ad regulã que habet † qd̃ stipulatio in terposita super aliquo actu: intelligiẽ ⁊ regulatur scd̃m naturam illius actus super quo interponiẽ: vt iuribus allegatis in gl. vt procedat etiã si isto modo intelligẽdo stipulatio reddaẽ inutilis et sine effectu: tex. est hic notabilis et peregrinus: licet nemo ad hoc aduertat. Sed hoc videẽ contra regulam. l. si qñ in prin. cũ
4 similibus. j. eo. ⁊ c. si papa. de priuile. in. vj. † q: verba semper de bent sic intelligi vt aliquid opereñẽ: imo non solum clausule: sed etiam quodlibet minimũ verbũ debet esse cum effectu aliqd ope rãdi fm Bal. qui millies allegatur ad hoc: in rubri. C. de contra hen. emp. in. ix. q. et ante eum glos. in. c. solite. in verbo tanq̃. de maio. et obe. ⁊ glo. in. l. j. in glo. j. ff. quod me. cau. ⁊ in. l. j. §. ait pre tor. ff. de vi ⁊ vi. ar. respondet Bal. i. d. rub. C. de contrahẽ. emp. in. ix. q. qd̃ verba debẽt intelligi vt aliquid opereñẽ: ita tamẽ qd̃ intelligañẽ scd̃m naturam rei deducte in ꝯtractu. Ita dicit nota re Inno. i. c. ex literis. de iure patro. ⁊ dicit patere in. l. si stipula tus. ff. de vsuris. ⁊ ita etiam dicit idẽ Bal. in. l. si a procuratore. C. manda. vel aliter ⁊ secundo. Tu responde qd̃ illa regula pro- cedit in stipulatione principaliter interposita. secus quando ac- cessorie interponitur: vt hoc tex. cum concordantijs allegatis: in gl. Tamen ad idem qd̃ stipulatio interposita nihil opereẽ: facit text. in. l. fluminum. §. an vitium. ⁊ in. l. si edibus. ff. de dam. infe. quas Bar. alle. post Iac. de arena. ⁊ illi tex. assignant rationem. Itẽ aduerte qd̃ iste tex. ꝓcedit in titulo legati qui est lucratiuus: vt. l. si hereditatem. ff. manda. secus est in contractu oneroso vt
5 emptionis ⁊ venditiõis: † q: vẽditor promittens seruũ venditũ non esse fugitiuũ indistincte tenetur si reperiaẽ cõtrariũ: cũ pre- tium recipiat ⁊ maius pretiũ vt ita se obliget. l. si ita quis. ff. de euic. ⁊ l. si apud. C. de edili. acti. quas allegat glo. fin. pro contra
substituto: ꝑ ea q̃ habent per gl. ⁊ doc. in. l. iij. §. fi. ff. de lib. ⁊ post.
Tamen ex quo legata vtroqꝫ casu nullũ fomentũ habuerũt: di-
cta distinctio nõ vr ad ꝓpositũ cõuenire: an institutio ab initio
37 valuerit vel nõ. † Quinto limita istã regulã ꝓcedere in substi
tuto vulgari vel fideicõmissario: secus in substituto pupillari. in
quo non vident repetita relicta a pupillo siue sint pura: siue cõ-
ditionalia: dũmodo dies eorũ cesserit in vita pupilli: quia ad illa
tenet substitutus pupillaris tanqꝫ ad es alienũ: ⁊ sic tanqꝫ qlibet
alius heres impuberis. vt. l. j. §. interdũ. ⁊. l. in rõne. §. ꝙ vulgo.
ff. ad. l. fal. vt hic plenius ꝑ Bar. inferentẽ ꝙ etiã he coniecture
posite in tex. non ꝓcederent in substituto pupillari vt hic ꝑ eum.
Adde ꝙ ratio differẽtie inter substitutũ vulgarẽ ⁊ substitutũ pu
pillarẽ est in promptu: q: substitutus vulgaris succedit in locũ
instituti: eo quia ille nõ est heres. l. quãdiu. ff. de acqr. here. vnde
isto casu nõ debent legata ex ꝑsona instituti q heres nõ est: ⁊ cũ

non fuerit heres: non potuit teneri nec grauari legatis. l. plane. §. fi. j. e. et. l. in ratiōe. prima. in. §. fi. ff. ad. l. fal. ꝛ ideo debētur tūc a substituto ex psona ppria ipsius substituti vigore tacite repetitionis vt hac. l. sed in substitutione pupillari: substitutus non succedit in defectū instituti: imo qñ pupillus est heres: ꝛ qꝛ descēdit in pupillari etate substitutus pupillaris admittitur: cū ergo pupillus fuerit heres: legata ab eo deberi ceperunt: ideo tūc debent a substituto nō ex psona substituti: imo ex psona ipsius pupilli instituti q fuit heres vt dicit Bar. ꝛ idē qō i pupillari: dicēdum est etiā in exemplaria p. l. humanitatis. C. de impub. et alijs substi. ꝛ. l. ex fctō. ff. de vul. ꝛ pu. ꝛ in. §. qua rōne. insti. de pu. sub
58 sti. fm An. Imo. Raph. Ang. de perilis. ꝛ Flo. hic. ¶ † Sexto limita reg. huius. l. vt procedat in substituto vniuersali: secus in substituto particulari in aliqua re certa: quia ab eo nō cēsent repetita legata facta ab instituto: ita signāter tꝫ Bal. referēs se ita ɔsuluisse in. l. quoties. in fi. C. fa. her. et in. l. vnica. §. pro. ij. in vlt. col. C. de cad. tol. d. Alex. hic. ꝛ facit rō quia substitutus in re certa habet loco legatarij. l. quoties. cū si. ff. de here. insti. ꝛ sic nō succedit in totū in locū instituti: ergo non tenet ad legata relicta ab instituto: p tertiā ratione quā assignaui. s. ad istū tex. in vlt. not.
59 ¶ Septimo notabiliter limita: † qñ qs est institutus heres sub cōditione q nō est verisimiliter ventura: ꝛ grauatus legatis ꝛ ei datus est substitutus simpliciter: aut sub cōtraria ɔditione verisimiliter euentura: tūc nō procederet regula huius tex. ꝛ sic tunc legata relicta ab instituto non intelligerent repetita ab ipso substituto: eo qꝛ tunc cessat ratio huius legis q est: qꝛ si testator grauauit legatis cū quē primo instituit heredē: ꝛ sic quē magis dilexit: fortius voluit grauare substitutū quē minus dilexit: vt. l. pu blius. §. j. ff. de cōdi. ꝛ demon. ꝛ dixi. s. in vlt. no. sed hic videt magis dilexisse substitutū quā institutū quē instituit sub tali conditiōe nō verisimiliter extitura. Ita signanter limitat Raph. co. hic in. ij. co. Et sibi ascribit. d. Alex. in vlti. co. nullā de Raphae
60 le faciens mētionē. ¶ Octauo ꝛ vltimo limita ista pcedere † qñ vnus esset institutus ꝛ alius substitutus: secꝰ qñ vnus ꝛ idē esset institutus ꝛ etiā substitutus: tunc legata relicta a gradu institutionis: nō intelligerent repetita in substitutione: vt est tex. in. l. j. §. si proponat. ff. si qs omis. cau. test. ꝛ ratio ponitur ibi: qꝛ substitutio als esset inutilis: qꝛ in effectu idē esset bis institutus. Ideo vr facta repetitio legatoꝝ ad hoc vt substitutio afferat istud cōmodū si heres omittat institutionē: ꝛ veniat ex substitutione: qō pōt facere ex presumpta voluntate defuncti vt ibi: tūc veniendo ex substitutione habebit hanc vtilitatem qō legata relicta a primo gradu non intelligent repetita a scōo gradu substitutionis: ita limitat solus Raph. co. hic in vlti. col. Alij vero non tangūt. Adde qꝛ idē tenent Ang. Imo. ꝛ clarius idē Raph. co. in. l. fi. §. titius. ff. de vul. ꝛ pu. tenēt Pau. de ca. ꝛ. d. Alexā. in. l. sed si plures. §. fi. c. ti. ff. de vulg. ꝛ pup. ¶ Ultimo p cōplemento huiꝰ. l. Bart. format. xij. q. de solutione in oībus se remittēs dic vt per eum. Et ita habes optimā legem optime ꝛ subtiliter ad laudem omnipotētis dei bene expeditam.

1 ¶ Legatum qō non est positum in mera grauati potestate: sed in sui arbitrij equitate valet.
2 Obligatio que pendet a voluntate debitoris an debeat: nō valet
3 Substantia contractus quod nō possit conferri in arbitrium alterius cōtrahentium etiam per verba importantia arbitriū boni viri.
Accidentalia cōtractus conferri possunt in arbitrium alterius contrahentium.
4 Uerba importantia arbitrium boni viri que sint: ꝛ quando nō. numero. 21.
5 A sententia lata per habentem autoritatem faciendi: prout sibi iussum fuerit: qꝛ possit appellari.
6 Uerbum placebit importat arbitrium boni viri.
7 Uerbum iudicio tuo: importat arbitrium boni viri.
8 Uerbum discretio idem: ꝛ etiam verbum discrete.
Iudicium ꝛ discretio idem sunt.
9 Prudentie tue: importat arbitrium boni viri.
10 Arbitrio tuo intelligit boni viri: intellige nisi alias haberet arbitrium: quia intelligitur libere.
Arbitratu tuo: ꝛ iudicio tuo idem.
11 Misericordie tue importat arbitrium boni viri.
12 Conscientie tue importat boni viri arbitrium.
Conscientia sensus sane mentis.
13 Executor testamenti taxans alimenta scōm cōscientiam: tenetur vocare heredem qñ vult taxare.
14 Si executor distribuit bona testatoris fm eius cōscientiā: potest tamen episcopus petere ab eo vt sibi ostendat rationem talis distributionis: an fecerit fm conscientiam boni viri.
15 Appellari qꝛ possit a sententia lata ab eo qui aliqd habebat agere fm eius conscientiam.
16 Sensu tuo importat arbitrium boni viri.
17 Secundum mentem tuam intelligitur fm iudicium tuum.
18 Dictio plus importat arbitrium boni viri.
19 Uerbum potestas: ꝛ verbum licentia: an importat arbitrium boni viri: qō sic.
20 Equitas est iustitia dulcore misericordie temperata.
22 Executor qui habet plenam aut liberam facultatem a testatore intelligitur habere meram voluntatem a iure tū regulatam.
23 Statutum dans liberum arbitrium iudici: intelligitur de libertate que continet in se equitatem.
24 Potestas qui hꝫ plenum arbitrium procedendi in criminalibꝰ non poterit procedere ad torturam sine indicijs.
25 Statutum disponens: qꝛ potestas possit libere inquirere: intelligitur precedentibus fama vel indicijs.
26 Ille cui facta est cōmissio per verba importantia arbitriū boni viri: tenetur seruare regulas iuris communis: ꝛ procedere prout procederet in causa propria.
27 Uerbum voluerit quando importet liberam et absolutam voluntatem.
Uoluntas ꝛ opinio est facti.
28 Facias ad voluntatem tuam: refertur ad absolutam voluntatē idem in verbo: vti vis.
Commissio facta proprie voluntati: importat liberam ꝛ absolutam voluntatem non regulatā ratione.
29 Cōmissio facta voluntati alicuius: nō est subiecta regulis iuris.
30 Committens se in volūtatem aduersarij: intelligitur arbitrio boni viri.
31 Pro tue voluntatis arbitrio: importat arbitrium boni viri.
32 Prout arbitratꝰ fuerit ꝛ voluerit: intelligit arbitrio boni viri.
33 Exactor qui hꝫ facultatem compellēdi omnes debitores fisci ad soluendū omni cohercione qua sibi videbit: tenetur in modo exigendi seruare statuta ꝛ consuetudinem loci.
34 Uerbum libuerit importat liberam voluntatem: ꝛ idem si dicat libuerit ꝛ voluerit.
Pro libito voluntatis idem.
35 Statutū senense quo cauetur qꝛ rector p suo examine non teneat soluere nisi prout pcesserit ex sue libito voluntatis: importat nudam voluntatem: ꝛ non arbitrium boni viri.
36 Si est facta commissio alicui in liberā eius voluntatem: an talis possit etiam iniuste arbitrari: qō sic: dū tamen dolus absit.
37 Arbitrium cōmissum alicui in re aliena etiam quibuscunqꝫ verbis: intelligitur cum iustitia.
38 Iudex per quamcunqꝫ commissionem quam sub quacunqꝫ verborum forma habeat: non potest exceptionem parti acquisitam reijcere.

1 Si sic legatum. † Legatū pōt cōferri i arbitriū heredis tanqꝫ boni viri: sed nō in merā eius voluntatem. h. d. vel sic. Ualet legatū qō nō est positū i mera grauati potestate: sed in sui arbitrij equitate. h. d. fm bal. ꝛ Flo. ¶ Diuiditur in duas partes. In prima ponit decisio. In scōa ratio decidēdi p quā etiā respōdet tacite obiectiōi. scōa ibi: qm quasi bono viro. ¶ Ratio primi dicti est: qꝛ censetur cōmitti legatū heredi nō vt heredi simpliciter: sed vt bono viro: ꝛ sic nō est in arbitrio heredis an legatū debeat: sed an legatariꝰ meruerit tale legatū: ꝛ si heres male arbitratus fuerit aut nollet arbitrari: tūc recurritur ad arbitriū boni viri ꝛ sic iudicis. l. j. vbi est tex. de hoc. j. tit. j. ¶ Ratio scōi dicti: qō quando legatum cōmittitur in meram ꝛ liberā voluntatē heredis: ideo non valet vt hic. ꝛ. l. senatus. §. le
2 gatum. s. e. est duplex. Prima † quia obligatio est nulla q pēdet a volūtate debitoris an debeat: vt dicit tex. in. l. sub hac. ff. de ac. ꝛ obliga. ꝛ in. l. a titio. in prin. ff. de verbo. obliga. cum obligatio sit iuris vinculū quo necessitate astringimur ad aliquid dandū vel faciendum. vt insti. de obliga. in prin. Secūda ratio est quia tunc heres posset preferre iniquū equo: ꝛ sic posset iniuste arbitrari. l. cum quidam. j. titu. j. ꝛ posset inique priuare legatariū: et tunc non posset recurri ad arbitrium boni viri vt ibi. ¶ Limita istum tex. procedere in vltimis voluntatibus: secus est in contra
3 ctibus in quibus † substantia contractus non potest conferri in arbitrium alterius contrahentium etiam per verba importātia arbitrium boni viri. l. qō sepe. §. j. ff. de ɔtrahen. emp. ꝛ. l. in emētis. C. e. de quo tamen puncto dicet dixi in. l. si quis arbitratu. ff. de ver. obli. Insisti in dote. l. cum post. §. gener. ff. de iure dotium. ꝛ l. si quum ca. cū gl. C. de dotis pmiss. ¶ Accidētalia autē cōtractus bñ possunt conferri in volūtatē alterius contrahentium. l. hec venditio. in prin. ff. de contrahen. emp. ꝛ que dicantur substātialia cōtractus: ꝛ que naturalia: ꝛ que accidentalia declarat gl. magistra. in. l. pacta cōuēta. in prin. ff. de ɔtrahen. emp. ¶ † Sic
4 ex isto tex. tria verba importantia arbitrium boni viri. s. estimauerit: comprobauerit: ꝛ iustū putauerit. Ergo vt ista materia bono ordine

no ordine habeat: addam alia verba que similiter important ar-
bitriũ boni viri: cum suis extẽsionibus: ⁊ limitationibus: postea
ponã de per se quedã pauca verba que importãt merã ⁊ puram
voluntatem. ¶ Adde p̃mo ẜm Bar. ⁊ alios q̃ etiã verbũ vide-
bitur importat arbitriuz boni viri. vt. l. fideicõmissaria libertas
scda. in prin. ff. de fideicõ. libe. ⁊. l. cõtinuus. §. cũ ita. ff. de verbo.
obli. ⁊. l. fideicõmissa. §. q̃q̃. ff. de leg. iij. vbi tex. ponit de multis
alijs similibus verbis ⁊ notabiliter Bart. ⁊ melius quã alibi in
extrauagãti ad reprimendũ. in ver. videbit. Idẽ no. d. Anto. de
bu. in. c. querenti. in pe. notabili per illũ tex. de verb. sig. ⁊ in. c. cũ
ad sedẽ. de resti. spo. Gemi. in. c. catholica. xj. di. Idẽ si dicat vi-
sum fuerit. Ista verba important arbitriũ boni viri. d. l. fideicõ-
missaria. §. q̃q̃. gl. i. c. ij. in verbo visum fuerit de corpore vitia-
tis. Alibi tñ Bal. in titulo de pace cõstantie. in pe. charta. in ver
bo in aĩam nostram. dicit: qd ille qui hʒ potestatẽ faciendi qcqd
viderit expedire: dr habere arbitriũ voluntatis: ⁊ sic talia verba
sunt voluntatis ⁊ non arbitrij boni viri. allegat. l. creditor. §. lu-
cius. ff. man. ⁊ notata p Jo. an. in. c. contra de iuramento calũ. in
5 vj. ibi plus tenuit notabiliter Jo. and. † qd a sñia lata vigore ta-
lis cõmissionis non põt appellari: ⁊ idẽ tenet Inn. in. c. fi. de fer.
bal. in. l. cessante. in pnc. C. qũo ⁊ qñ iu. ʒ istud reprobãt cano. do.
Ang. Imo. ⁊ alij in. c. j. de consti. ⁊ do. Alex. hic. in. ij. col. q̃ imo
dicta verba: visum fuerit: important arbitriũ boni viri vt dixi ⁊
6 hoc videas per do. Alex. ¶ † Scdo idẽ in verbo placebit qd si-
militer importat arbitriũ boni viri. vt. l. thais. §. sorore. ⁊. l. luci⁹.
prima. iuncta. d. l. fideicõmissaria libertas. ij. in prin. ff. de fideicõ.
libe. ⁊ ita etiã tenent Bar. ⁊ alij hic. Adde notabiliter Bar. in. l.
cum proponas. C. de fideicõ. liber. ⁊ in. l. itẽ si vnus. §. idem põ-
ponius. ff. de arbi. ⁊ in. l. creditor. §. lucius. ff. mand. do. Mathe-
silanus in notabili. xvij. itẽ adde q̃ istud multo fortius procedit
si verbum placet iungat cum aduerbio bene: vnde beneplacitũ
intelligit arbitrio boni viri si fieret cõmissio ad beneplacitũ ali-
cuius. ita no. Bal. in. l. fi. §. j. in. iij. notabili per illũ tex. C. cõia de
lega. do. Abb. in. c. verũ. in. ij. col. in vltimo notabili per illũ tex.
de foro compe. Gemi. in. c. episcoporũ. in. ij. col. de priuileg. i. vj.
7 ¶ † Tertio idem in verbo iudicio tuo: quod importat arbitriũ
boni viri. d. l. thais. §. lucius. ij. ff. de fideicõ. liber. in verbo nõ ne-
cessitatẽ heredib⁹ impositã sed arbitriũ remissum qcqd ibi dixe-
rit glo. in ver. iudicio. que exponit. i. volũtate. facit tex. in. c. illud.
de cleri. excõ. mini. ⁊ in. c. inter corporalia. ad fi. de transla. prela.
⁊ tex. in. d. l. verum. de foro compe. glo. in. c. tria. in ver. iudicaue-
rit. xxxv. q. vltima. ⁊ ita tenent Jo. de imo. Raph. cu. ⁊. d. Alex.
hic. do. Anto. ⁊ Imo. in. c. j. de constit. Pet. de anch. in cle. sepe.
in prin. de ver. sig. facit quod vult glo. in. l. cũ pretor. §. fi. in ver-
bo iudicio. ff. de iudi. que exponit iudicio id est discretioni: ⁊ sic
8 vult quod iudiciũ ⁊ discretio idem important. † Et discretio im-
portat arbitrium boni viri vt statim dicam ⁊ ita tene: q̃uis bar.
hic teneat c̃rium per. d. l. thais. §. lucius. cũ glo. quã. s. retuli. et
cum eo tenent Ray. de for. Nico. de neapo. ⁊ Pau. de cast. hic ʒ
Bar. met seipsum in hoc correxit ⁊ tenuit c̃rium eius qd hic: in
extrauaganti ad reprimẽdum. in ver. videbit in. ij. col. ⁊ hoc etiã
sequitur do. Benedic. de plumbi. in. d. l. thais. §. lucius. quãuis
Bal. ibi c̃: ⁊ idẽ tenet do. Alex. in cõsi. xxxiij. primi voluminis
qd incip. viso themate sup quo copiose allegatum. in. j. col. item
adde q̃ statim. j. proxime subijciã super verbo arbitrio. ¶ Quar
to idem in verbo discretioni: quod importat arbitum boni viri:
vt est glo. in. c. cum virum in glos. ij. de regularibus. do. Abb. in
c. cum aũt. de iurepat. d. Anto. de but. in. c. cum inferior. de ma-
io. et obe. d. Ant. ⁊ Imo. in. c. j. de constitu. Imo. in. c. ecclesia san-
cte marie. ante fi. co. ti. de constitu. Bal. in. l. fi. circa fin. C. de iure
do. impet. Gemi. in. c. vt commissi. §. j. de hereti. in. vj. ⁊ in. c. ij. de
iura. calũ. in. vj. facit quia iudiciũ et discretio idem sunt: vt tenet
glo. in preallegata. l. cum pretor. §. fi. ff. de iudi. sed iudicium im-
portat arbitrium boni viri vt. s. dixi. Similiter etiam verbum dis
crete importat arbitrium boni viri: et non liberam potestatem
ẜm do. Ale. in preallegato c̃si. xxxviij. primi voluminis in. j. co.
9 ¶ † Quinto idem in ver. prudentie tue: qd similiter importat ar
bitrium boni viri ẜm Joã. de imo. in. c. ne innitaris. de consti. d.
Abb. in. c. j. in. iiij. col. de sequestra. pos. ⁊ fructuum. d. Alexã. hic
Adde tex. in. c. de precarijs. in ver. sue prouidentie cum sequen-
tibus. x. q. ij. quãuis. d. Ant. de but. in. d. c. ne innitaris: teneat cõ-
trarium per illũ text. ⁊ male: quia ibi per verba adiuncta intelli-
10 gitur de prudẽtia mala. ¶ † Sexto idem in ver. arbitrio tuo. nã
intelligit de arbitrio boni viri ẜm. d. Abb. in. c. j. in. iiij. colũ. de
sequestra. pos. ⁊ fructuũ. cõfirmo quia verbũ arbitratu tuo: ⁊ tuo
iudicio idẽ importãt vt est tex. in. l. j. C. de cõdi. in publi. horreis.
li. x. Sed verbũ iudicio importat arbitriũ boni viri: vt statim di
xi. Et ideo dicit Bal. in. d. l. j. qd illa verba arbitrio vel arbitratu
suo significãt ius ⁊ sic arbitriũ rectum ⁊ ẜm leges: limitando: vt
ibi per eum. Item limita nisi arbitriũ cõmitteret ei q alias ha-
beret: tunc intelligeret de libero ⁊ absoluto arbitrio: vt v̾ba ali
quid operent ⁊ nõ sint frustra. arg. l. si qñ. in prin. j. e. ⁊. c. si papa.
de priuile. in. vj. Ita limitat Jo. de imo. in. l. filiusfa. ff. de dona. ⁊
11 sequit simpliciter. d. Alex. hic ¶ † Septimo idem in ver. miseri-
cordie tue: vt si quis cõmittat se misericordie alicui⁹. Nã impor-
tat arbitrium boni viri ẜm Inn. in. c. veniens. de renũ. quem re-
fert ⁊ simpliciter sequit Lu. ro. in repetitione rubrice. ff. de arbi.
in. viij. col. in prin. in. xvj. q. ⁊ sequit etiã simpliciter. d. Alex. hic:
quãuis de Ludouico non faciat mentionẽ. idẽ in eo qui ponit se
in manu alterius: nam videt illi dare arbitriũ. s. seu t bono viro.
l. si cum ea. C. de dotis promis. ⁊. c. sane. de renun. ẜm Bal. i. l. ij.
12 in prin. ff. de origi iuris. ¶ † Octauo idem in ver. cõscientie tue.
vt. c. non solum. de regula. in. vj. in ver. cõsciẽtie puritati nõ desit
rationis iudi cium. Item conscientia est sensus sane mentis ẜm
Bal. l. fi. C. de pena iudi. q male iudi. imo fortius cõmissum cõ-
scientie alicuius: intelligit cõmissum vt viro optimo in superla-
tiuo. Sed si cõmittat descretioni intelligit cõmitti vt viro bono
simpliciter: ita singulariter tenet Bal. faciẽs istã differẽtiã i. l. fi.
ante fi. C. de iure do. impe. d. Alex. in cõsi. cxviij. qnti voluminis
qd incipit in casu de quo q̃rit. i. j. col. ⁊ hic. Itẽ adde qd notabili-
ter tenet Pet. de anch. i c̃si. ccclxxj. qd incipit: primo ⁊ ante aĩa
13 vbi tenet † executorẽ testamenti taxantẽ alimenta ẜm cõsciẽtiã
teneri tñ ad vocandũ heredes: qñ vult taxare: similiter Gemi. in
14 c. statutũ. §. assessorẽ. de rescrip. in. vj. signanter tenet † q̃ qñ testa
tor in testõ suo ĩponit executori q̃ eius bona distribuat ẜm eius
cõsciẽtiã: põt tñ episcop⁹ petere ab executore qd ei ostendat rõnẽ
talis distributionis: ⁊ an eam fecerit ẜm cõsciẽtiã boni viri saltẽ
naturali rõne bene informatã: ⁊ dicit se ita consuluisse qd multũ
not. ⁊ dicit esse valde quotidianũ. ⁊ idem vult Old. Lau. in cõsi.
lxj. qd incipit. cũ regi francie. ad fi. qd bene no. quia nondum est
mensis q̃ vidi de facto. Alibi tñ gl. reputata singularis in. d. c.
15 statutũ. §. assessorem. in ver. relinquat. tenet † q̃ ille cuius cõsciẽ-
tie aliquid cõmittitur: potest sequi illud qd voluerit nec poterit
appellari. Sed contrariũ voluit gl. in cle. j. in ver. oneramus. de
iurepatro. pro quarũ cõcordia vide per Bal. in. l. j. i. ij. colũ. C. de
reb. cre. ⁊ i. l. ij. circa fi. C. de sen. ex peri. reci. p Ang. Imo. Pau.
de ca. ⁊ alios i. l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. no. nuntia. cuʒ
multis concordantijs traditis per do. Alex. hic. ⁊ ibi vide Lud.
ro. in. l. q bona. §. quidam. ff. de dam. infec. ⁊ ibi etiam do. Alexã.
16 in vlt. col. cũ concordantijs ibi etiã per eum alegatis. ¶ † Nono
idem in ver. sensu tuo. quia proprius sensus intelligit q̃ iudicet
vt bonus vir: sicut de verbo si estimauerit si comprobauerit si pla
cuerit ⁊ similib⁹ vt hoc tex. ⁊. d. l. fideicõmissaria. §. q̃q̃. ita nota-
biliter tenet. d. Abb. i. c. j. de cõstitu. vbi per hoc signãter infert
qd si in compromisso data est potestas arbitratori pronuntiãdi
ẜm sensum suum: qd non poterit pronuntiare ẜm voluntatẽ suã
sed intelligitur de sensu bene organizato ⁊ freno rationis suppo
sito. ita ibi: residet do. Abb. facit tex. i. c. vtinam. in ver. sensu suo
lxxvij. dist. ⁊ in. l. fin. in ver. regalẽ sensum. C. de legibus. nisi dicta
verba iungantur cum alijs verbis denotantibus iuris obseruã
tiam: prout contingit. in. d. c. j. de constitu. vbi dicit text. ⁊ nemo
suo sensu sed eorum autoritate ducatur: ibi ergo sensu suo capi-
tur in malam partem propter verba que sequuntur ibi sed eorũ
autoritate: ⁊ ita tene quãuis do. Anto. de but. ⁊ Joan. de imo. i
d. c. j. teneat contrariũ per illum tex. et simpliciter. d. Alex. hic in
j. col. sed tu tene precedẽtem opinionez per ea que proxime dixi.
17 ⁊ facit † q̃ si dicatur ẜm mentem tuam. intelligitur ẜm iudicium
tuum: ⁊ sic prout est regulata iure ẜm Bal. in. l. voluntatis. in
18 ij. col. C. de fideicõ. ¶ † Decimo idem est in verbo pl⁹: simpliciter
prolato: nam intelligitur arbitrio boni viri: vnde si testator gra-
uauit heredez institutum qd infra certum tempus restitueret he
reditatem nepotibus suis ⁊ tribueret nepoti primogenito plus
alijs. ⁊ non expressit quãtũ: vel iussit heredi q̃ nepotibus suis tã
tum daret sed vni eorum plus quã alijs: nec posuit verba que sa
piant liberã voluntatẽ: nec etiam verba que sapiant arbitriũ bo
ni viri: sed: soluʒ dixit qd vni eorum plus tribueret: tunc intelli
gitur arbitrio boni viri: tex. est notabilis in. l. cũ filius. §. pater. ⁊
ibi Bar. valde no. ad hoc. ff. de leg. ij. Pau. de ca. ⁊. d. Alex. h. et
19 Pau. de ca. in. l. j. ff. de leg. ij. ¶ † Ultimo idem in ver. licentiam.
⁊ in verbo potestatẽ: que important arbitrium boni viri: quãuis
Inno. in. c. cum ad monasterium. de sta. mona. super finem gl. in
ver. super licentiam in discursu videatur tenere contrariũ: quod
licentia intelligatur libera voluntas sine aliqua causa: ⁊ istud vi-
dentur velle oratores dum constituunt differentiam inter licen-
tiam ⁊ libertatẽ: q̃ licentia significat quid absolutũ sine ratione:
secus in libertate: ⁊ ideo licentia significat in malã partem: liber
tas in bonam: tamen primum est verius: cũ nomen licẽtia descen
dat a verbo lʒ qd tantũ est dicere: quantũ licitum est: sed iustum
vel licitũ important arbitriũ boni viri. d. l. fideicõmissa. §. q̃q̃. j.
tit. ij. Similiter verbũ potestatem refert ad arbitrium boni viri

quia illud dicitur posse qd honeste possumus.l.nepos proculo. ff.de ver.sig.& ita in vtroq; verbo tenet Bar.in.l.alio.in.ij.colū. ff.de ali.& ciba.lega.& in repetitione.l.j.in.v.q.principali in prin. C.de sacrosan.eccl.& de verbo potestate q referatur ad arbitriū boni viri:adde etiā tex.l.q explicādi.cum glo.in versicu.est et ibi Bal.ad hoc no.C.de accu.& cū Bar.cōtra Inn.tenet etiā.d. Abb.in.d.c.cū ad monasteriū.ad fi.vbi etiā pro hoc allegat tex.
20 in.c.magne.de voto†vbi verbum licere referē ad quandā equitatem:& equitas est iustitia dulcore misericordie tēperata fm beatum Cypri
21 anūvt etiā dicit.d.Abb.i.d.c.magne.in.ij.no.¶†Limita predicta oīa vt procedant qñ talia verba simpliciter proferunē:tunc bene important arbitriū boni viri:vt in superioribus dixi:secus si adijciaē verbū plenum vel liberum aut simile:tunc ratione adiuncti important merā & liberā voluntatem.d.l.fideicōmissa.§.q̄cq̄.in ver.plenū arbitriū.ff.de lega.iij.fm Barto.& alios hic:& Bar.in extrauaganti ad reprimēdū.in ver.videbiē in.j.co.& in repetitiōe.l.j.i.v.q.principali.in prin.C.de sacrosan.
22 ecc.& in.l.alio.in.iij.col.ff.de ali.& ciba.lega.†vnde si testator dat executori plenā aut liberā facultatē vel potestatem:intelligiē in eius meram & liberam voluntatem cōferre fm Bar.in.d.l.alio. in.iij.col.tñ Bal.in.c.j.§.fi.in fi.de pace iura.fir.per illū tex.& qd lz talia verba videbanē significare p̄cisam libertatē:tñ intelliguntē seruato ordine iuris.vt ibi in ver.liberā facultatem iuncto verbo conuicti.sed dic q tex.ibi non dat dño absolute liberā facultatē:sed eam dat quando prius conuicerit vasallū:& ita etiā dicit.d.Alex.hic in.j.col.ad fi.& vltra eū contra Bal.facit text.i.c. que in ecclesiarū.in verbo liberā habeat facultatē.de constitu. & ibi ponderat do.Ant.de but.in.iij.notabili.& ibidem Ioā.de imo.in.ij.colū.vbi per illū tex.dicit:quod illa verba liberam habeat facultatē:intelliguntur de facultate nō regulata a iure:& vide que de verbo libere cumulaui.i.l.j.C.de sacrosanc.eccle.dicit tñ notabiliter Bal.in.l.si quis maior.in.j.notabili.C.de trāsac.
23 q†si statutū dat liberum arbitriū iudici in certis causis:quia dictum statutū tendit in p̄iudiciū tertij:debet intelligi de ea libertate que contineat in se equitatem:non aūt qd possit preferre iniquum equo.Item limita predictam limitationē non procedere
24 in criminibus†vnde lz potestas habeat plenū arbitriū procedendi in criminalibus ex forma statutorū:tñ vigore huius pleni arbitrij non poterit procedere ad torturā nisi precedētibus indicijs fm Albe.de gandino in tractatu maleficiorū dum tractat de tormentis in rubrica:an potestas qui habet arbitriū:quē refert & sequitē do.Alex.i consi.lxv.primi voluminis qd incipit:habita sup contentis in superiori themate.in.ij.colū.Idē tenet Rapha. Fulg.in consi.lxix.fm ordinē meū quod incipit super questione formata:adde bene facere illud quod tenet Bald.in.c.j.per illū
25 tex.& ibi gl.i v̄bo liberā.de offi.or.vbi tenet†q si statutū disponit q potestas libere possit inquirere:tñ propter illud verbū libere non poterit inquirere non precedēte fama vel prius q; sint indicia.ad idem facit q no.idem Bal.in.c.lz vndiq;.per glo.ibi de offi.or.quod lz papa vel princeps mādet inqri in genere:tñ hoc debet intelligi & limitari,fama p̄cedēte & nō aliter.Item requiritur citatio:& testes debēt esse idonei fm eū:& ista bene no.in pra
26 ctica.¶Secundo principaliter aduerte† quod vbicunq; aliqd committiē alicui per verba importantia abitrium boni viri:de qbus.s.dixi tunc teneē seruare regulas iuris cōis fm Barto.in d.extrauaganti ad reprimēdū in ver.videbit.Bal.in.l.& si post tres.in.xi.col.ff.si qs cau.do.Ant.de but.& Imol.in.c.j.de consti.Pe.de ancha.in cle.sepe.in prin.de ver.sig.do.Alex.in cōsil. xxxij.primi vol.quod incipit viso themate sup quo copiose aliegatū.in.ij.col.in prin.Itē habens facere vel procedere vt bonus vir:debet procedere prout faceret in causa ꝓpria:ita vt alteri nō faciat qd sibi nollet fieri:vt est tex.solennis in.l.j.& ibi notabiliter Bal.ff.de solu.& illum tex.reputat ad hoc singularem Bal.in.l. vnica.i.j.col.ad fin.C.de his q̄ pene noīe.Et sic est expedita prima materia de verbis importātibus arbitriū boni viri.¶Transeo nunc ad verba importantia liberam & absolutam voluntatē
27 †& sunt duo precipua que simpliciter & de p se prolata meram & liberam voluntatē important.Primo verbū:voluerit.l.cum quidā.ij.de lega.ij.&.l.fideicōmissaria libertas.ij.in prin.ff.de fideicō.liber.&.l.verū.§.cū qdā.ff.de reb.du.Bar.in extrauaganti ad reprimendū.in ver.videbiē.in.j.col.& dicit Bar.in.l.cētesimis. §.fin.in pe.col.ff.de verb.ob.q virtus istius verbi voluerit.est vt possit qs voluntatē suā facere etiam inique.d.l.cum qdā.dūtamen dolus malus absit.l.creditor.§.lucius.ff.man.prout etiā dicit Bar.hic in fi.Item verbū voluerit vel volo significat merū factū & non arbitriū:fm Bal.in.l.i.C.de cōdi.in horreis publi. lib.x.Itē voluntas & opinio facti est.l.bonefidei.§.i.ff.de acqr. re.do.fm Bal.in.l.voluntatis.in.i.col.in fi.C.de fideicō.vbi etiā
28 Bal.in.ij.col.dicit:q†verbū:facias ad voluntatē tuā referē ad absolutā voluntatē:non ad arbitriū boni viri.idē & fortius est in verbo vti vis.ita no.Bar.i.d.l.creditor.§.lucius.in.i.not.per illum tex.ff.man.Alibi no.d.Abb.in.c.j.in.iij.no.per illum tex. de his que fiunt a maio.parte capi.qd qñaliquid cōmittiē ꝓprie voluntati denotat voluntatē absolutā & liberā:& nō regulatam rōne:ideo nō posset peti reductio ad arbitriū boni viri:qd dicit facere ad statutū scholarū senense quo cauetur:qd rector in examine nō teneatur aliquid soluere collegio doctorū:nisi prout processerit de sua ꝓpria voluntate:de quo statuto etiam dicetur
29 in sequenti verbo.Itē adde†q quando aliqd cōmittitur voluntati alicuius:non est subiectus regulis iuris fm Bal.in.l.si cum ea.C.de dot.promis.& in.l.cū antea.in.ij.col.C.de arbi.& in.l.fi.in ij.oppositione.C.de ꝯben.emp.& in.l.j.in princi.per illum tex.ff. de testa.mili.& in.l.& si post tres.in.xj.col.ff.si quis cautio.& in.d. l.cum qdā.§.tit.j.Ange.& Imo.hic.Lu.ro.in.l.filiussa.ff.de dona.do.Anto.de but.& Imo.in.c.j.de cōsti.d.Ant.in.c.ex parte. in pe.notabili.de cōsue.do.Abb.in.c.abbate.in vlti.colū.de ver.
30 sig.& in.c.ij.circa pnc.de sequestra.pos.& fructuū.¶†Limita qñ qs cōmitteret se in voluntate aduersarij sui:tunc intelligeretur arbitrio boni viri fm gl.Bar.& doc.in.l.pe.ff.de arbi.Innoc.in c.veniens.& in.c.sanc.de renun.Ex.& Bal.in.l.iij.C.de dotis promis.cum alijs cōcordantijs hic traditis per do.Alex.in.iij.colū. idem tenet domi.Alex.in.d.l.centesimis.§.fi.in pe.col.ff.de ver.
31 obli.¶†Scdo limita quando diceretur pro tue voluntatis arbitrio:tunc importat arbitriū boni viri.vt.c.nimis praua.de exces. prela.p quē tex.ita simpliciter tz.d.Alex.hic in.iij.colum.& plus non dicit.tu adde qd notabiliter tz Bar.in dicta extrauagāti ad
32 reprimendū.in ver.videbiē.in vlti.col.in antepe.q.vbi tenet†q qñ simul ponunē verba significantia vtrūq;.s.liberā voluntatē & arbitrium boni viri:puta q: dicatur in cōmissione ꝓut arbitratus fuerit & voluerit:tunc exponitur.i.voluntarie arbitratus fit: & sic arbitrium boni viri importabit.vt.l.nec adiecit.ff.p socio.& ita est in casu presenti:qñ dicitur ꝓ tue volūtatis arbitrio hic simul ponunē verba significantia vtrūq;:q: verbū voluntatis importat liberam voluntatem:& verbū arbitrii significat arbitriū
33 boni viri:vide tñ qd statim dicam in sequenti verbo.¶†Tertio pro limitatione adde q si dux exactori fiscali dederit potestatem & mādatum prout tota die fit.s.q possit cōpellere oēs debitores fiscales ad soluendū oī cohercione de qua sibi videbiē:tamen tenebitur seruare statuta loci & consuetudinē in modo exigendi:et ideo si est ibi statutū vel consuetudo qd non carcereē ibi aliquis pro tali debito fiscali:certe mandatum illud ducis intelligitur salua lege municipali & cōsuetudine.vt.l.missi opinatores.& ibi Andre.de barulo ad hoc not.C.de exacto.tribu.li.x.sequitur & reputat not.dignum Bald.in.l.j.C.si propter publi.pēsita.quod valde not.quia multi dixissent contrarium:ne verba illa mandati videantur reddi superflua:contra.l.si quando.in prin.ff.e.&.c.si pa
34 pa.de priuilegijs.in.vi.¶†Secundo principaliter est verbū libuerit qd similiter importat liberā & meram voluntatem vt.l.fideicōmissaria libertas.ij.in prin.ff.de fideicō.liberta.Bart.in.l. alio.in.iij.colū.ff.de ali.& ciba.lega.& hoc importat vis ipsa vocabuli:nam idē est dicere libuerit qd libere voluerit fm Bart.in d.extrauaganti.ad reprimendum.in ver.voluerit.in.j.colū.in fi. & sic propter illud aduerbiū libere intelligitur pro mera voluntate.vt.s.dixi.vnde si cōmittatur alicui q faciat fm libitū suū talia verba important liberam voluntatem.Amplia predicta vt procedant etiā si ista duo verba.s.voluerit & libuerit simul iūgātur:vt quia diceretur pro libito volūtatis sue adhuc importarēt liberam voluntatem vt est tex.notabilis in.c.ij.de sequestra.pos. & fructuum.in ver.pro sue distribuunt libito voluntatis.& ibi.d. Abb.in.iij.not.dicit esse bene tenendum menti significatū horū verborū:pro sue libito voluntatis:nam important liberam voluntatem:non aūt arbitriū boni viri:qd dicit facere ad multa et maxime ad compromissa in quibus solent apponi ista verba:vt
35 pro libito voluntatis sue possint disponere.Item†dicit facere ꝓ statuto vniuersitatis senarum quo cauetur q rector pro suo examine non tenetur aliquid soluere nisi prout processerit ex sue libito voluntatis:non enī est recurrendum ad arbitrium boni viri sed ad suam nudam & liberam voluntatem:ꝓut verbum libet et libuerit importat de quo statuto etiā dixi.s.in precedenti verbo. & q ista verba pro libito voluntatis ex natura sermonis nō reducantur ad arbitrium boni viri tenet Bal.etiam in consi.cxcv.secūdi voluminis quod incipit laudare vos & commendare.in.vi. col.per.d.l.fideicōmissa.§.q̄cq̄.j.titu.ij.&.l.quia poterat.ff.ad trebel.&.l.cum proponas.C.de here.insti.¶Ultimo Bar.hic in fi.
36 dicit qd†quando est cōmissum in liberam voluntatem alicuius pōt arbitrari quomodo vult etiam inique.l.cum quidā.ff.de le. ij.dū tamen dolus malus absit.l.creditor.§.lucius.ff.man.adde plenius Bar.in.d.extrauaganti ad reprimendū.in ver.videbitur.& in.l.filiussa.ff.de dona.do.Ant.& Imo.in.c.i.de ꝯsti.Bal in rub.C.de pena iudi.qui ma.iudi.in.ij.qd Item lz alicui p verba ampla

ba ampla detur plena potestas: intelligit dummodo ex fide agat vt est tex. solennis. in. d. l. creditor. §. lucius. ꝛ ibi Bar. dicit illum casum esse notandum: quia forte non habes alibi ita clare. ꝛ illum tex. ad hoc dicit esse aureum Bal. in. c. pe. in vlti. col. de pscri. eū etiam ad hoc reputat singularem Bald. in. c. pe. de postu. prel. ꝛ cum dicit esse meliorē ꝗ sit in iure Bal. in. c. cum in iure. in. l. col.
37 de offi. delega. item addet† ꝙ omne arbitrium commissuȝ alicui in re aliena intelligitur cōmissum cum iustitia: quibuscunqȝ verbis cōmittatur: ita no. Bald. in. l. j. per illum tex. ff. de sol. Quod an sit verum patet ex predictis. ¶ Item diligenter aduerte† qȝ
38 quecūqȝ clausula ponatur in commissione sub quacunqȝ verborum forma: nunqȝ pretextu talis ample commissionis poterit iudex reijcere exceptionem acquisitam parti: quantūcūqȝ sit de rigore iuris inducta: vt est exceptio pscriptiōis: quia in his que ipse iudex habet facere: verū est ꝙ non tenetur sequi regulas iuris ciuilis: sed in his que iam facta sunt: ex quibus ius est iam alteri quesitum: iudex non potest aliquid immutare sed tantum illud sequi vt. l. bona fides. ff. depo. alias esset auferre ius alteri: quod est contra naturalem equitatem. ita solenniter tenet Bar. in. d. extrauaganti ad reprimendū. in ver. vide hic. in fi. qȝ teneas cordi: et nunqȝ obliuiscaris. ꝛ exclamat. d. Mathes. in notabili xv. qȝ incipit: no. quod si iudex. ꝛ latius Lud. ro. in. l. sequit. §. si viam. ff. de vsuca. ꝛ sequitur etiam Areti. in. l. si seruum. §. sequit. ff. de ver. obl. Et ita habes hanc vtilem quotidianam materiam plene ordinate expeditam.

1 ¶ Legatum factum a debitore putatiuo creditori certa quātitate expressa valet.
2 Legatum factum a creditore putatiuo debitori quantitate certa expressa nihil valet. et numero. 16. si reuera nihil debet: ꝛ intellige vt ibi.
3 Conditio de presenti si est falsa: reddit actum nulluȝ: si vera reddit actum purum.
4 Legatum factum de eo qȝ sibi debetur a tertio certa quantitate expressa: si ille tertius nihil debet: vitiatur ꝛ est nullum.
5 Heres qui tenet cedere actiones legatario nō tenet ad sumptus litis nisi legatum redderetur inutile.
6 Persona testatoris potest concipi in prima ꝛ in tertia persona.
7 Verba eiusdem instrumenti possunt concipi in prima ꝛ in tertia persona.
8 Legatum dotis non vitiatur per falsam demonstrationem: nec etiam si non sit expressa certa quantitas.
9 Dos statuēda est pro modo facultatum ꝛ dignitate psonarum.
10 Ratio quare legatū factum per debitorem creditori non valet.
11 Falsa demonstratio non vitiat: qñ non deficit substantia legati.
12 Sensus qui non vitiat actum in dubio capi debet.
13 Legatum factū a testatore sciente de decem que sibi titius debebat: si titius nihil debebat an valeat.
14 Tex. in. l. cum alienam. C. de lega. quando procedat.
15 Intellectus absonus non debet capi.
17 Paria sunt ab initio causam legati fuisse nullam: vel validā: et postea reduci ad nullitatem.
18 Cōcessio facta ecclesie p comitem de iure qȝ habebat in tali castro vel fundo an valeat ꝛ tribuat titulum ad prescribendum.
19 Comes si concedit titio in feudum nobile quicquid concessit feio in feudo guardie: si non apparet de hac concessione: cōcessio facta titio nihil valet.
Substantiuum vbi non est ibi non congruit relatiuum.
Relatiuū qui vult probare probat terminum referentem ꝛ ad quem fit relatio.
20 Venditio facta de toto iure qȝ quis hȝ in tali fundo: si tradat fundus: licet venditor nullum ius haberet: an causat titulū ad prescribendum.
21 Malafides autoris qȝ hodie noceat singulari successori.
22 Vendēs quicquid iuris habet in tali fundo: si sciebat nullū ius habere: tenetur ad pretiȷ restitutionē: secus si ignorabat.

1 Si mihi. †Si testator legat quod sibi debet et nihil debetur: legatum nō valet siue exprimat certam quantitatem siue nō: sed si legat quod ipse debet: licet nihil debeat: valet legatum si exprimat certam quātitatem: alias nō hoc dicit. vsqȝ ad. §. fina. licet Bart. alȷs tribus modis summet. ¶ Diuiditur in quattuor partes principales. In prima loquit quando testator legat illud quod sibi debetur a tertio: vel illud qȝ ipse debet non expressa quantitate cum nihil debeat: ꝛ neutro casu legatū valet propter incertitudinem: ꝛ ista ratio est euidens: quia non apparet quid quale aut quātū sit in legato: ꝛ cadens iste sine scrupulo de plano pcedit. In secūda ponit differētiam an testator leget illud quod ipse debet expressa certa quantitate quāuis nihil debeat: ꝛ tunc legatuȝ valet: an vero leget illud quod legatarius sibi debet expressa certa quantitate qui in veritate nihil debet: ꝛ tunc legatū nihil valet. In tertia assignat rationem diuersitatis inter istos duos casus: ꝛ sic inter casum in quo testator legat quod debet: ibi sufficit exprimere quantitatē: etiā si nihil debeat: ꝛ casum quādo legat legatario illud qȝ legatarius sibi testatori dȝ: vbi non sufficit exprimere quantitateȝ si nihil debeatur. In quarta ꝛ vltima ponit aliū casum quādo testator legat alicui illud qȝ sibi debet a tertio expressa certa quātitate ꝛ ille tertius nihil debet: tūc legatū nihil valet: ꝛ assignat rationē quam per duo comprobat. secūda ibi: cum si decem. tertia ibi: nā inter falsam. quarta ꝛ vltima est ibi: proinde ꝛ si titio. ¶ Verbum qȝ iste tex. vr aliqualiter perplexus ꝛ intricatus ideo pro eius enucleatione colligendo dicta gl. Bar. ꝛ aliorum ꝛ clarius ꝛ ordinatius procedendo considera tres casus quando testator legat id quod debetur expressa certa quātitate ꝛ in veritate nihil debetur: an legatū valeat. Aut enim testator legat illud quod ipse debet: aut illud quod sibi debet a legatario aut illud qȝ sibi debetur a tertio. ¶ Primus ergo casus est quando testator legat illud quod ipse debet expressa certa quātitate: ꝛ sic quādo debitor putatiuus legat creditori quāuis i veritate nihil debeat: ꝛ tunc legatum valet: quia substantia rei legate reperitur: eo quia res vel quantitas que legatur est in rerum natura quāuis nō debeatur: tamen illa verba que debeo sunt apposita loco demonstrationis: ꝛ falsa demonstratio nō vitiat: ex quo nō deficit substantia legati: ꝛ constat de corpore. l. demonstratio falsa. i princi. ff. de condi. ꝛ demon. sicut nec vitiat legatum dotis. l. j. §. adeo. ff. de dote preleg. ꝛ. l. nō designata. C. de falsa causa adiecta
2 lega. ¶ Secūdus casus est† quando testator legat illud qȝ sibi debetur ab ipso legatario: expressa certa quantitate: ꝛ legatarius nihil debet: ꝛ sic creditor putatiuus legat debitori: tunc legatū nihil valet: quia effectus seu substantia istius legati non cōsistit in. x. sed consistit in iure illius crediti quod testator credit se habere: ꝛ sic effectualiter cōsistit in iure liberationis: quia etiam si verum esset debitū non tenetur heres nisi ad liberationē. d. l. j. §. adeo. ff. de do. prele. ibi nihil aliud quam liberationem habebit: sed vbi nō est debitum: ibi non potest cadere liberatio: quia priuatio presupponit habitum. l. decem. ff. de verbo. oblig. c. ad dissoluendū. de desponsa. impub. ꝛ sic cum hic deficiat substantia rei legate: ideo legatū non valet: ꝛ ista ratio videret de plano procedere si hanc rationē assignaret tex. tamen iste text. in §. nam inter. vr aliam rationem differentie assignare ꝛ dicere: nā falsa conditio seu falsa causa que fuit in isto casu dȝ vitiare legatum: ꝙ autem fuerit conditio videbatur per relatiuū que titius dȝ: qȝ relatiuū videbatur facere conditionē ꝛ exponi pro si: idest si titius debet: vt. l. stichum qui meus erit. in prin. s. eod. tū quia est iunctum verbo presentis vel preteriti tēporis: nō est proprie conditio: eo quia nō suspendit in futurū vt. l. si stipulatus fuero hanc summam. ff. de verbo. obliga. ꝛ. l. cum ad presens. cum duabus sequentibus. ff. si cer. peta. prout etiam gl. Barto. ꝛ alȷ magis cōmuniter tenent. Ideo tex. disiūctiue dixit: falsam cōditionē siue causam. †sed cōditio de psenti si est falsa reddit actū nul-
3 lum: si est vera reddit actum purum. l. cum in secūdo. ff. de iniusto rup. vnde si legato titio centū que ipse titius mihi dȝ: inest cōditio si debet: ergo si non debet est falsa. ergo legatum nullū: cū deficiat substantia rei legate. Item causa legati que inest legato cuius ptextu testator motus fuit ad legandum quia putabat eū esse debitorē suum alis non fuisset legaturus: si causa est falsa vitiat legatum: quando est finalis: ꝛ sic existens falsa facit deficere substantiam legati. vt hic. ꝛ. l. si seruus legatus. §. qui quinqȝ. j. e. secus quando causa non inesset legato sed extrinsecus illa dicens non vitiat legatum. vt. l. cum tale. §. falsam. ff. de cōdit. o.
4 ꝛ demonstra. ¶ †Tertius casus est: quando testator legat id qȝ sibi debetur a tertio: expressa certa quātitate: puta lego tibi. x. q̄ titius mihi dȝ: ꝛ tunc videtur legare nomen debitoris ꝛ sic actionem contra illum tertiū: que si non est: quia titius nihil debeat: deficit substantia rei legate: ideo legatum est nullum: quia legata est rei actio que non est in rerum natura: ꝛ sic cedi nō potest: ꝛ sic deficit substantia legati: vt hoc tex. ꝛ. l. legauit. in tex. ꝛ glo. ff.
5 de lib. leg. imo heres† qui tenetur cedere actionem legatario nō tenetur ad aliquas expensas litis vt hoc tex. in fin. in ver. actiones duntaxat pstare cogitur. sm An. ꝛ Imo. nisi legatum redderetur inutile si oporteret legatarium facere sumptū litis: argu. l. si res legata. ꝛ ibi dixi. s. eod. faciunt que habentur in autētica nunc si heres. C. de litigiosis. ꝛ ita tenet Imo. hic. qȝ autē testator videatur legare actionem qñ legat. x. que titius debet: istud assumptum probat tex. duabus rationibus ibi: nam ꝛ si viuus: prima quia si testator viuus exegisset extingueretur legatū: quia extingueretur actio. l. fideicōmissa. §. si rē. ff. de lega. iȷ. quod nō esset si videretur legare actionē nō rē debitam. quia illa non est extincta. secūda ratio: quia heres liberatur solum cedēdo actionem contra illum tertium. vt in. §. sequenti. ꝛ. l. non quocunqȝ. §. qui caium. j. e. qȝ nō esset si esset legatum ipsum debitum: quia

tunc heres cogeretur exigere ⁊ tradere legatario vt dicitur in. §.
sequēti. ⁊ ita habes explanatam mentem huius tex. ⁊ rationum
quas tex. assignat: quāuis gl. assignat ꝙ testator in vno casu loq
tur per verba prime persone: in alio per verba secunde vel tertie
psone: ⁊ sequuntur Dy. ⁊ Oldra. laudē. sed hoc reprehēdit bar.
6 † quia persona testatoris potest concipi in prima ⁊ etiam in ter-
tia psona si testator vocatur titius: ⁊ dicit titius legat tibi quod
dz: ⁊ cū Bart. alij cōmuniter transeunt: nō est ergo curandū ſm
Ang. ⁊ Floria. an p verba prime secūde vel tertie psone relinqua
tur: sed solum an subsit substantia ei⁹ quod legatur: ⁊ tunc valet
7 legatū: alias secus. adde bene facere † ꝙ verba eiusdē instrumēti
possunt concipi in prima ⁊ tertia psona: vt est tex. melior de iure
in. c. dudum. circa mediū. ⁊ ibi do. Abb. ad hoc notat de cōuer-
sione coniuga. ⁊ illum text. ad hoc reputat meliorē de iure Joā.
de imo. in. l. caius. vbi est etiam tex. de hoc. ff. solu. mat. Et illum
tex. in. d. c. dudum. ad hoc reputat singularē Bal. in. c. j. de noua
for. fide. Idē Bal. in. c. j. §. si. qui feu. da. pos. Bal. ⁊ Imo. in. l. di
uortio. in prin. p glo. ibi in ver. ait. ff. solu. matri. Pau. de ca. Lu
do. ro. Roder. in. l. lecta. p illum text. ff. si cer. peta. Et sic non est
differentia: an notarius scribat testamentum in prima an in ter-
tia psona: sed aduerte glos. habuit bonum sensum ⁊ non meruit
reprehēdi: ⁊ nō discrepat in effectu ab his que. s. dicta sunt. nā
glo. cōsiderauit cōmunē vsum loquēdi qui est ꝙ quādo testator
legat illud quod ipse debet: loquitur i prima persona: vt lego. x.
q̄ debeo: ⁊ ad hunc cōmunē vsum gl. se retulit: lz verba testatoris
possent a notario etiam in tertia persona concipi: vt etiam dicit
Bart. pterea quocunqꝫ modo concipiantur verba testatoris si-
ue in prima psona siue in tertia in effectu est semper ipse testator
qui legat illud quod dz. ¶ Sed extra glo. opponitur cōtra tex.
in secunda parte. Primo dum adducit simile vt in legato dotis
ad probandum assumptū: quod falsa demōstratio nō vitiet: nā
8 certe † videtur probare p simile magis fauorabile de legato do-
tis iuxta. l. in ambiguis. ff. de regu. iur. ⁊. c. ex literis de pi. vnde
non videtur esse bona cōsequentia: falsa demonstratio nō vitiat
legatum dotis ergo nec aliud legatum: nam etiam si non esset ex
pressa certa quantitas in legato dotis: tamē valeret: quia incer-
titudo quantitatis nō vitiat legatum aut promissionem dotis.
l. cum post. §. gener. ff. de iure dot. Et tamē vitiat aliud legatū:
vt hoc tex. in prima parte. sed responde qḋ quantū ad falsam de
monstrationem nō est differentia inter legatum dotis ⁊ alia le-
gata vt hic ptz. ⁊ toto ti. C. de fal. causa. adiec. lega. sed quantū ad
incertitudinē bene est differētia: qꝛ alia legata nō expressa quāti
tate ꝓpter incertitudinē vitiant. vt hoc tex. in prima parte secus
in dote: vbi lz res vel quātitas non sit expressa: tñ nō pōt dici in
9 certitudo † cū dos pro modo facultatum ⁊ dignitate psonarū sta
tuenda sit. l. quero. ⁊. l. cū post. §. gener. ff. de iure dot. ⁊. l. si filie. ff.
de le. ij. ¶ Scdo opponitur. nā iste text. vult ꝙ qñ testator legat
illud qḋ dz expressa certa quātitate: lz in veritate nihil debeat tñ
valet legatū ꝯ. nam debitū putatiuū vel fictum nō plus dz ope
rari quā si esset verum: istā rationē ponit tex. j. in vlt. parte in v̄.
ꝓinde. sed vbi esset verū debitū: ⁊ debitor legaret creditori verū
creditū: legatū non valeret. l. si creditori. s. e. ⁊. §. ex ꝯtrario. insti.
de lega. ergo fortius nō dz valere si legat qḋ vere nō debeƭ: cui⁹
10 contrarū hic decidiƭ: ergo male. Sed rñde † ꝙ qñ est vere debitū
ideo legatū nō valet: qꝛ non continet vtilitatē: ⁊ sic non interest
creditori. d. l. si creditori. hoc aūt casu valet: quia vtilitatē ꝯtinet
quantitatis legate ex quo vere nō debebaƭ. ¶ Tertio ꝯtra ratio
nem tex. ibi: nā inter falsam demōstrationē ⁊c. Fortiter opponiƭ
ꝙ imo idē in vtroqꝫ casu est eadē ratio: nā qñ testator legat decē
que dz: ⁊ in veritate nihil dz: illud relatiuū q̄ dz: diciƭ positū esse
loco demonstratiōis: ad demonstrandū q̄ sunt illa. x. que sunt re
licta: ⁊ falsa demonstratio non vitiat qñ constat de corpore: simili
ter idem vƭ in secūdo casu: qñ testator legat. x. que tertius debet:
⁊ neuter eorū in veritate dz: nā illud relatiuū que legatarius de-
bet: vel que tertius dz: debet cēseri positū gratia demōstratiōis:
ad demōstrādū que sint illa. x. que testator legat ergo falsa demō
stratio non debet magis vitiare in. scdo vel tertio. casu: sicut nec
11 in pmo. Respōdet † quod falsa demōstratio nō vitiat qñ nō deficit
substātia legati: put est in primo. casu vbi. x. legata sūt ⁊ reperiū
tur in rerū natura: ⁊ possunt pstari ab herede: sed in secūdo casu
deficit substantia legati. Ideo legatum non valet: nā qñ testator
legat. x. que legatarius sibi dz: ⁊ in veritate nihil dz: illa. x. non
sunt legata: vt ea. x. debeat habere legatarius non etiam libera-
tionem a debito: qꝛ isto modo heres grauareƭ duplici onere: cō
tra. l. titio. §. qui in vita. j. de le. ij. sola ergo liberatio ab illo debi-
to est in legato. l. j. §. adeo. ff. de dote p̄lele. Et cum nullū sit debi
tum non pōt esse liberatio: ideo deficit substantia legati p conse-
quens legatum est nullū. Ista est rō fundamentalis: sed aduerte
qḋ istud ꝓcederet: qñ testōr putabat sibi deberi a legatario tūc
testator putans sibi deberi vƭ legare liberationē ab illa obliga-

a ¶ Rē alienā. qñ legaƭ res aliena an legatum valeat et in qbus casib⁹ valeat vide eūdē. d. Ja, in. l. apud iulia. §. cōstat. s. eo.

b ¶ Debeƭ a tertio. limita istud esse verū qñ testator legauit nomē debitoris alias nō extinguitur legatum vt p eūdē. d. Jaƭ. i. l. apō iulia. in. §. si titi⁹. in. iiij. col. in pñ. in xv. no. s. eo.

tione: sed qñ testator sciens nihil sibi deberi scienter legasset inde
bitum: non vƭ legasse liberationē: que est impossibilis: ergo quā
titas dz cēseri legata ⁊ sic ipsa. x. ad hoc vt legatū valeat: ⁊ sic ne
12 videaƭ fecisse actum inanem. l. si qñ. in prin. j. eo. † cū in dubio de
beat capi sensus qui non vitiat actū. l. quoties. ff. de ver. obl. ⁊. l.
quoties. ff. de re. du. facit. l. qui duos. j. de le. ij. vbi testator legā-
do debitum duobus: qꝛ videƭ impossibile: vƭ vni legasse libera-
tionem ab obligatione alteri quantitatem. Similiter in vltima
parte in ver. ꝓinde. qñ testator legat. x. que titius debet: ⁊ titius
reuera nihil dz legatū nihil valet: eo qꝛ solū videƭ legare nomen
titij debitoris ⁊ sic actionē contra titium: ⁊ cum nulla sit actio qꝛ
nō est debitum nec obligatio: deficit substātia legati: ⁊ sic legatū
13 est nullū. nam aduerte † istud de plano procedere qñ testator pu-
tebat titium sibi debere. x. sed qñ sciebat titiū nihil debere ⁊ tñ
scienter legat. x. que scit non deberi a titio: tūc ne videatur fecis-
se actum inutilem ⁊ sic vt legatum valeat: dz censeri legasse quā
titatem. de. x. ⁊ non solā actionem. Isto modo multū restringere
tur ⁊ limitaretur iste tex. qui non videƭ bene aliter posse proce-
dere vt de necessitate intelligaƭ in testatore ignorāte: vel qñ esse-
mus in dubio: quāuis Raph. co. super hoc vltimo cogitandum
relinquat: quia nullus tangit ſm eum: sed pro ista differentia in
ter testatorem ignorantem ⁊ scientē: quando legatur illud qḋ re-
uera non debetur: vt primo casu non valeat: secundo casu sic. fa
cit tex. nota. in. l. si. in princi. ff. de libe. leg. vbi iuriscōsultus i ista
materia quando legatur illud qḋ vere non debeƭ a legatario: fa
cit istam differentiā an testator ignoraret an sciret. Sed. d. Ale-
xan. licet de p̄dictis fundamentis nō faciat mentionē retorquet
subtiliter illum tex. in. l. si. in prin. in oppositum: cū text. ibi velit
qḋ quando testator loquutus est p verba preteriti temporis: pu
ta lego tibi q ō debuisti: ita demū valet legatum si testator sciuit
debitū non subesse ergo qñ testator loquutus est p verba p̄sentis
temporis vt in ꝓposito nostro legatum non dz valere: etiā si te-
stator sciuit non subesse debitū: alias nō esset differētia inter ver
ba preteriti tpis ⁊ verba presentis temporis quā ibi facit text. ⁊
fuit subtilis. Idē tz Pau. de ca. hic licet illum tex. nō ponderet
ad hoc: nec de predictis vllā faciat mētionē: sed respōde ad. l. cū
14 alienā. C. de lega. † vbi qñ testator scienter legat rē alienam[a] va-
a let legatum qꝛ ibi extabat substantia rei legate licet esset aliena ⁊
Jmo. in. c. cū contingat. in. x. char. de iureiur. do. Ale. & alij. in. d.
§. alteri. vbi dixi cum concor. ibi per do. Alex. alleg. vel aliquib9
similibus modis. ¶ Secundo principaliter no. ex ista glos. dum
27 dicit: debet caueri sic vt valeat ḿm Bal. & alios: qd † qui tenet̃ ex
forma statuti vel contractus aliquid facere: tenetur aliter facere
qd de iure valeat: quāuis nō sit dictū: & notari9 debet cōficere in
strumentū taliter qd valeat de iure communi: & qd habeat clausu
las cōsuetas apponi: licet nō sit dictum a partibus: per tex. repu
tatū singularem in. l. si. ad fi. C. de fideius. cum multis concordan
tijs & additionibus quas ad hoc vltimū plene dedi in. l. certi con
dictio. §. si nūmos. ff. si cer. peta. et in. l. vt liberis. in vlti. not. C. de
colla. ad ibi dicta me remitto.

1 ☞ Due cause lucratiue ex testamento duorum qui loco vnius
habentur iudicatur ac si ex testamento vnius procederent.
Res eadem si legatur eidem in testamento testatoris et heredis se
mel tantum debetur.
2 Res legata a legatario illi cui grauatus erat dare: semel tantum
debetur.
Si debēs mihi rem ex stipulatione: ex causa lucratiua eam mihi
legat semel tantum debetur.
3 Legatum factum a debitore creditori de re sibi debita etiam ani
mo duplicandi non tenet.
4 Jn re sua etiam abutendo quilibet est administrator & dominus:
5 Legatum speciei non recipit duplicationem.
6 Dominium rei legate ex tempore etiam certo nō transit in lega
tarium nisi illo die adueniente.

1 **Si sempronius.** † Due cause lucratiue ex testa
mento duorū qui habentur lo
co vnius iudicant̃ ac si ex testamento vnius procederent. h. d. ḿm
Bar. & alios: vel sic. si in testamēto testatoris & heredis eidē eadē
res legatur: semel tantū debetur. h. d. ḿm Raij. Bal. et Flo. ratio
quare istud legatū non debeatur nisi semel pōt esse duplex. Pri
ma qꝛ iste due cause lucratiue procedunt ex personis duorū qui
loco vnius habentur. s. testatoris & heredis. vt in aut. de iureiur.
a mo. presti. in prin. col. v. ideo concurrere nō possunt: idē si ex te
stamēto patris & ex substitutione pupillari: cū etiā illa duo testa
mēta habeant̃ loco vni9. l. si fundū sub cōditione. §. si pater. vbi
dixi. s. eo. & licet in hoc tex. prius fuerit cōsequutus estimationē
nō tñ poterit postea cōsequi rem: licet secus esset si illi duo nō ha
berentur loco vnius: vt in iuribus allegatis in glo. vel qñ esset re
lictum a diuersis heredibus quorum vnus nō habetur loco alte
rius. l. quid ergo. §. si heres. s. eo. Secunda ratio quare nō debea
tur nisi semel est: qꝛ heres videtur legare tantum illud ius qd hꝫ
vcꝫ ius retinēdi per bienniū. l. si domus. §. fi. s. eo. & hic in gl. vbi
2 dicetur. ¶ Amplia istū tex. ḿm Bar. & alios † vt illud qd hic di
cit̃ in herede pcedat etiā in legatario: si legatari9 a quo res est re
licta legat eam eidē cui est grauatus dare: qꝛ in re legata dicitur
locū heredis obtinere. l. id tempus. §. j. ff. de vsuca. de quo vltimo
dixi post Bar. in. l. si sic. §. fi. s. eo. idē ḿm Barto. & alios: si debēs
mihi rem ex stipulatione: ex causa lucratiua eam mihi legat: quia
vtraqꝫ causa lucratiua procedit ab eadē persona: ideo non admit
titur concursus. facit. l. iij. §. si rem. ff. de leg. iij. ¶ Capio gl. ī vb.
repelli potest. que diuiditur in tres partes. Jn prima assignat ra
tionem ad tex. eū declarando. Jn secunda oppo. & sol. Jn tertia &
vltima allegai. vij. cōcordantes. scd a ibi: sed contra. tertia et vlti
ma est ibi: & facit. j. eo. ¶ Jn ea. glo. ibi: duplicare legatū non po
3 tuit. no. diligenter ex ista gl. duꝫ subdit: qꝛ debitū: † qd si debitor
legaret rem debitam creditori non animo cōpensandi sed animo
duplicandi: qd ppterea nō valeret legatū: qd est bene notabile et
signandū ad. l. si creditori. cū seq. s. eod. sed dic qd imo potuisset si
voluisset. s. legādo estimationē: cum primus testator legasset fun
dum. l. si alij. §. rerum. ff. de vsufru. no. doc. in. l. planc. §. j. s. eo. naꝫ
testator potest disponere de rebus suis: prout vult. l. j. C. de sacro
4 san. eccle. & l. j. in princ. ff. ad leg. fal. † quia quilibet in rebus pro
prijs est administrator & dñs. l. in re mandata. C. manda. etiā abu
tendo. vt est tex. no. in. l. sed & si lege. in. § consuluit. in verb. dum se
abuti putat. ff. de peti. here. sed legando eundem fundum: verum
5 est qd nō potuit duplicare: qꝛ † legatum speciei duplicationē nō
recipit. l. lucius. §. inpuberem. j. tit. j. & d. l. planc. §. j. vbi dixi. s.
eo. vnde tene illud quod subdit gl. quod in dubio nō videtur vo
luisse duplicare et sic legare estimationem: quia incredibile est id
egisse heredem vt eadē res eidem bis debeatur: dicit iurisconsul
tus in. l. meuius. in princi. j. titu. j. sed potius videtur legare id ad
quod tenebatur ex testamento sempronij & legare illud ius quod
habebat retinēdi per biennium: & dum glo. dicit quod heres ha
6 bebat retentionem biennij dic qd etiam interim habebat domi
nium ipsius fundi legati: † qꝛ dominium rei legate ex tempore
etiam certo non transit in legatariū nisi eueniente illo die: sed in
terim remanet penes heredem: vt est tex. no. in. l. sempronius at
tal9. ff. de vsufr. leg. & dixi post Bar. in. l. j. ī vlt. col. s. eo. & est gl.
& ibi Bart. in. l. si seruus titij. vbi etiā dixi. s. eo. vnde etiam vide
tur illud dominium legasse.

1 ☞ Debitor generis re oblata perēpta: liberat̃ ope exceptiōis.
Genus non potest perire.
2 Exceptio intentionis & facti nullum ius presupponit.
3 Dominiū hominis electi & oblati ex legato generis quod trans
feratur in legatarium quādo legatarius acceptauit rem oblatā.
4 Jn legato generis quando sit electio legatarij & quādo heredis.
5 Testatores qd faciliores sint in legādo res quas habent quam in
grauando heredes in redimendo.

1 **Si cui homo.** † Debitor generis re oblata per
empta liberatur ope exceptionis.
h. d. ratio autem quare non liberetur ipso iure est: qꝛ non dicitur
perempta res debita cū in obligatione generis nulla sit in obli
gatione sed quelibet in solutione: vt notatur in. l. meuius. §. duo
bus. j. titu. j. secus si consisteret in specie quia interitu speciei debi
te etiam ante oblationem debitor liberatur ipso iure: quia perit
subiectum obligationis. l. si ex legati causa. ff. de verbo. obliga. et
l. quod te. ff. si certum peta. & l. non amplius. §. j. s. eod. sed in lega
to generis ideo requiritur oblatio: quia genus perire nō potest.
l. incēdium. C. si certum petat. & l. in ratione. §. incerte. ff. ad legem
fal. & re oblata perēpta liberatur potius ex equitate ne mora cre
ditoris noceat debitori q̄ de rigore ideo liberatur ope exceptio
nis: quia omnis exceptio fundatur in equitate. l. qui exceptione.
ff. de except. doli. et istam rationem ponit iurisconsultus in. l. qui
decem. in princi. & ibi glos. ff. de solu. Bal. in. l. acceptam. i. j. colū.
ff. de vsur. Rapha Fulg. in. l. quod te. vbi etiam dixi. ff. si certum
peta. et ita tenent glos. et communiter docto. hic. ¶ Contrarium
tenet solus Rapha. cuma: hic: quod imo etiam in isto text. heres
liberetur ipso iure: eo qꝛ heres qui vnum hominem obtulit dici
tur illum elegisse & est perinde ac si ille solus ab initio fuisset lega
tus. l. cum incertus. s. eo. & facta electione transfertur incontinen
ti dominium in legatarium. §. stichum. j. ea. l. et. l. apud aufidium
ff. de opti. leg. ergo cum sit effectus legatarij si postea perit debet
eius periculo perire: qꝛ res perit periculo eius cui est. l. pignus.
C. de pigno. act. ergo heres debet ipso iure liberari. nec obst. tex.
in dicta. l. qui decem. in princi. quia loquit̃ in obligatione quan
titatis: & in eo qui tenetur ex contractu. Ad istum tex. dū dicit ex
2 ceptio doli mali: respondet quod † intelligitur de exceptione in
tentionis et facti: q̄ nullum ius presupponit iuxta gloss. in. l. ij. ff.
de exce. & in. l. qui se debere. in princi. ff. de condi. ob cau. nō autem
loquitur de exceptione iuris: sed istud destruit tex. ideo non rece
das a communi sensu glos. & doct. prout tex. realiter loquitur. nec
3 obstat fundamentum Rapha. † quod in legato generis homine
electo & oblato transfertur dominium in legatarium: perinde ac
si ille solus fuisset legatus: nam illud procedit quādo legatarius
acceptauit rem oblatam: ita loquitur. d. l. cum incert9. que loqui
tur solutione iam facta quo casu stichus solutus & acceptatus fin
gitur vsqꝫ retro fuisse in obligatione: vt ibi. et tunc est verū quod
illius rei transit dominium in legatarium: sed hic legatarius re
cusauit accipere stichum electum & oblatum ab herede: ergo non
potest dici translatum fuisse dominium in ipsum legatarium: et
ideo nō potest dici quod tali re oblata perempta liberetur heres
ipso iure: sed bene ope exceptionis per rationē quam. s. assigna
ui: cum remaneat obligatus actione ex testamento ad hominem
in genere: et ita etiā tenet Bart. in. l. stipulatus sum dāmam. in fi.
ff. d verbo. obliga. ¶ Capio glos. in verbo volebat. et opponitur
4 quod † in legato generis sit electio legatarij & nō heredis. § si ge
neraliter. institu. de lega. et. l. legato generaliter. s. eo. glos. respon
det quod hic serui non erant in patrimonio testatoris: quo casu
non est electio legatarij. l. si quis a filio. §. si quis plures. cum glos.
s. eod. eo quia posset eligere vnum in remotissimis partibus ḿm
glo. in. l. heredes. §. si incerto. ff. fam. hercisc. vnde dicunt Barto.
et docto. per istū. §. melius probari quā alibi in iure quod in lega
to generis quādo serui non sunt in patrimonio testatoris: electio
est heredis sed quis reuelauit glo. & doct. qd in isto tex. testator nō
haberet aliquos seruos in patrimonio: vnde ista est diuinatio et
restrictio ad istum tex. Jtē non est verisimile: qd si testator nō ha
buisset seruos in patrimonio qd legasset hominem isti legatario:
5 quia † faciliores sunt testatores ad legandum res quas habent
quām

quã in grauãdo heredes in redimendo alienas. ita dicit text. in l. vnum ex familia. §. si rem. j. de leg. ij. vnde potes dicere ẽm Ang. de perillis. τ do. Pet. de belu. hic: quod testator habebat seruos in patrimonio sʒ qd̃ in isto tex. verba fuerunt directa ad heredem legando hominẽ in genere: puta heres dato hominẽ quo casu qñ verba diriguntur ad heredem: electio est ipsius heredis ẽm glo. in. l. lucio. j. ti. j. Et si dicaẽ q̄ ista est etiã diuinatio dicere q̄ hec verba fuerũt directa ad heredẽ: respondẽt q̄ cõiter testatores verba dirigunt ad heredes: preterea ista nõ põt dici diuinatio qñ fit vt leges legibus cõcordent: τ maior est diuinatio gl. τ doct. qd̃ testator nõ haberet aliquos seruos in patrimonio quã dicere qd̃ testator verba dixerit ad heredẽ: tñ caue qd̃ tex. simpliciter dicit si cui homo legatus fuisset: τ magis sonat qd̃ verba fuerint directa ad legatariũ: vñ posset dici qd̃ in isto text. nihil decidaẽ an electio sit heredis an legatarij: τ dato qd̃ esset electio legatarij: tñ heres obtulit talẽ hominẽ legatario quẽ licite recusare non potuit: iuxta formã traditã in. d. l. legato generaliter. puta obtulit mediocrem vt hic dicit gl. τ cũ q erat sine vitio: vñ si talis seruus sit mortuus succurritur heredi: nõ vt liberetur ipso iure: sed ope exceptionis.

1 Actio ex testamẽto qd̃ durat ad rẽ si non est perfecte tradita.
2 Actio τ passio non possunt simul concurrere in eodem subiecto.
3 Dominiũ rei legate pure qd̃ recta via transeat in legatariũ intellige adita hereditate per heredem.
4 Plenum qd̃ non dicatur cui aliquid iuris deest: τ etiã quod non recipit additionem.
5 Procurator qui habet plenũ mandatũ dicitur habere liberam.
6 Verbum libera importat liberam potestatem.
Proprietas plena: dicitur ꝓprietas cũ vsufructu τ iure alienãdi.
7 Plena possessio dicitur ciuilis τ naturalis.
8 Remissio iniuriarum facta in foro conscientie non tollit actionem ad vindictam in foro fori: nisi sit facta plena remissio.
9 Clausula facimus tibi plenã gratiam: qd̃ trahitur etiã ad bona: non tamen ad alienata.
10 Restitutio plenaria degradati et priuati beneficio quod trahaẽ etiam ad beneficium.
11 Actio ex testamẽto qd̃ durat ad seruum legatũ: si heres eum tradidit debilitatum dolo vel culpa.

1 Edes. †Actio ex testõ durat ad rem si nõ est ꝑfecte tradita. h. d. τ habet duas partes. In ꝑma ponit decisio. In secunda cõprobatio. secũda ibi: nam τ eum. ¶ In tex. ibi: legate sunt. intellige in diem vel sub conditione. ẽm Dyn. Bar. τ cõiter oẽs per no. ꝑ gl. in. l. papinianus. ff. de seru. τ ita etiam tʒ do. Alex. in. l. si tibi homo. §. cum seruus. j. eo. τ sic interĩ pendẽte die vel conditione heres adeũdo effectus est dominus edium dominantiũ: vnde cũ etiã esset dñs edium seruiẽtiũ extincta fuit seruitus confusione. l. si quis edes. ff. de serui. vrba. predi. τ. l. si ser
2 uus titij. secũdo respõso. s. eo. τ. d. l. papinianus. τ ibi glos. †quia actio τ passio non possunt simul concurrere in eodem subiecto. l. vranius. versic. sed eũ duo. ff. de fideiuss. glos. in. l. frater a fratre. in glo. magna. ff. de condic. inde. τ res sua nõ potest alteri rei sue debere seruitutẽ. l. in re cõmuni. ff. de serui. vrba. pred. τ. l. vti frui. in prin. ff. si vsufru. pe. Itẽ seruitus de necessitate requirit duo predia que sint diuersorũ. s. prediũ dominãs τ prediũ seruiens. l. j. ff. cõmu. predi. ergo si vtrũq̄ deueniat ad vnum deuenit ad casum a quo incipere non potest ergo vitiatur. l. pluribꝰ. §. j. τ si placeat. ff. de verb. obli. vnde adueniente postea die vel conditione legati debet reintegrari seruitus extincta: cũ edes dominantes debeãt ad legatariũ peruenire tales quales erant apud defunctũ: τ sic cũ iure seruitutis: al's legatarius non dicitur habere plenũ legatũ: sed si edes fuissent pure relicte nõ fuisset extincta seruitus cõfusio
3 ne: qꝛ nunq̄ fuissent heredis: sed earũ† dñium recta via trãsiuisset in legatariũ. l. a titio. in fi. j. de fur. τ. l. legatũ ita. j. tit. j. vbi text. dicit recta via dñiũ ad legatariũ trãsit nõ per factũ heredis. alibi dicit tex. in. l. sʒ τ si dãnum. §. sed τ si creditor. ff. de pec. qd̃ heres nullo momẽto tẽporis dominiũ in legato puro habuit: qꝛ tñ ista videẽ magna diuinatio ad istũ tex. simpl'r loquẽtem: qd̃ edes fuerint legate in diẽ vel sub conditiõe: nã ista sunt facti. l. cõsilio. §. si. in fi. ff. de cura. furio. ergo nõ debet p̄sumi si nõ appareant. l. in bello. §. facte. ff. de capti. itẽ iuriscõsultus fuisset multuʒ diminutus omittere illud in quo consisteret fundamentũ τ substantia huius tex. vnde subtilis Pet. de bella perti. quem referunt Cy. τ Raph. cu. τ latius Jo. de imo. hic: fuit in vna singulari opiniõe hic: qd̃ dominium verũ nunq̄ transeat in legatariũ etiam adita hereditate ꝑ heredẽ: nisi demũ agnito τ acceptato legato ꝑ legatarium: vnde qꝛ dominium verũ remãsit penes heredẽ extinguitur seruitus confusione. ad hoc allegat bonum tex. in. l. si fundum sub conditione. §. si titius. s. eo. in verb. τ heres titij legatum non repudiauerit: non violando literam: vt ibi dixi: τ isto modo non esset opus subaudire ad istum tex. quod edes essent legate in diẽ vel sub conditione prout subaudiunt doct. tamen cõmunis opinio glo. τ doct. habet: quod adita hereditate per heredem veruʒ dominium transeat statim in legatariuʒ. l. si tibi homo. §. cum seruus. vbi dixi. s. e. cum alijs duobꝰ iuribus que statim. s. adduxi ideo iste intellectꝰ Pet. de bel. perti. stare nõ posset: nisi tu subtiliter diceres qd̃ licet verum dominium adita hereditate trãseat statim in legatarium: tamen illud dominium est reuocabile legatario non agnoscente legatum. l. si quis ita hereditatem. τ ibi gl. no. τ Bar. ff. de condi. insti. τ sic nõ videtur esse plenum τ irreuocabile dominium penes legatariũ: et sic aliquid adhuc est penes heredem qui etiam habet possessionem τ tenutã rei legate: vnde tale ius existens penes heredem videtur operari vt seruitus cõfusione extinguatur: ita posset attẽtari si velis intelligere textuʒ plane: prout iacet sine vlla subauditione: prout faciunt doct. non recedas tamen a cõmuni opinione per iura. s. proxime allegata: et ita etiam late concludit Joan. de imol. hic: et latius do. Alex. in dicta. l. si tibi homo. §. cum seruus. ¶ Secundo not. ex tex. ibi:
4 quia non plenum legatum accepisset ẽm Bal. τ Imo. †quod nõ dicitur plenum cui aliquid iuris deest: idem si deest aliquid facti vt in versic. seq. τ ad hoc iste tex. est bene notandus: alij nihil tangunt. adde nam plenum dicitur illud quod non recipit additionem seu quod additione nõ indiget. c. bene quidem. in prin. xcvj.
5 distin. †vnde procurator habens plenum mandatum dicitur habere liberam. l. si procurator ad vnam speciem. in verbo plenam vbi Barto. τ docto. notant. C. de procura. Bar. τ doct. in. l. pcurator cui libera. ff. co. Bald. in rubri. C. de exerci. in vlti. colũ. facit
6 tex. in. c. preterea. de offi. delega. †vbi verbum plenaria: importat liberam potestatem ẽm do. Cardi. ibi: item plena proprietas intelligitur quãdo quis habet proprietatem τ vsumfructum τ ius alienãdi tanq̄ rem propriã. ita not. Bald. in. l. femine. §. illud. ꝑ illum tex. C. de secun. nup. dicens nõ esse tex. in iure qui ita plene
7 ponat quid sit plena proprietas: itẽ† plena possessio dicitẽ quando quis possidet ciuiliter: naturaliter: τ pacifice. ita dicit Bal. in l. mater. C. ad tertul. per tex. in. l. raptores. §. fi. autem. τ ibi etiam
8 Bal. ad hoc not. C. de episco. τ cleri. †Item remissio iniuriarum facta in foro conscientie apud confessorem non operatur in foro contẽtioso quin agi possit actione iniuriarum ad vindictam: ẽm Bart. in. l. non solum. §. j. ff. de iniur. τ in. l. si tibi. §. j. ff. de pac. fallit si diceret se facere plenam remissionem: tunc operatur etiam in foro contentioso ẽm Bal. in. c. j. §. iniuria. in. ij. colum. de pace iur. firmã. Lud. rom. in. l. ij. ff. ad silleia. do. Alexã. in. d. l. si tibi.
9 §. j. vbi etiam dixi. †Item ista verba facimus sibi gratiaʒ important simplicem indulgentiã et remissionem pene: non autem restitutionem bonorum: vt concludit Salic. in. l. fina. ad fi. C. d sen. pas. tamẽ si princeps in rescripto diceret facimus tibi plenã gratiam tunc recuperabit etiam bona: dummodo non sint alienata per fiscum. ita tenet do. Andre. Barba. in repeti. c. testimoniuʒ. in penul. char. de testi. τ in. c. eam te. in. xij. colũ. de rescrip. τ vtrobiq̄ refert se ita obtinuisse de facto in ciuitate Ferra. ad hoc inducit verba Bal. in ti. de pace constan. in verbo plenitudine gra
10 tie nostre recipimus. †Itẽ restitutio degradati τ priuati beneficio non trahitur ad beneficium nisi sit plenerestitutus. ẽm Spe. in titu. de lega. §. j. versi. quid si degradatus. quem refert et sequitur Joan. and. in. c. quãuis. τ ibi Gem. ad finem de rescrip. in. vj.
11 ¶ Tertio nota in versi. nam τ eum. †quod si heres tradidit seruum legatum seu debilitatum culpa aut dolo ipsius heredis: durat actio ex testamento ad eundem seruum: licet eum penes se legatarius habeat: ad finem τ effectum vt cõsequatur pretium deteriorationis: et hoc ideo: quia actio ex testamento habet in hoc instar bonefidei. l. in minorum. C. in quib. cau. in integ. restit. non est neces. declarat Bart. notabi. in. l. heres. ff. de eo quod certo lo. sed actio bonefidei durat si sit tradita res debita sed deteriorata. l. iij. §. si reddita. ff. commo. qꝛ in actionibus bonefidei veniũt ea que equum est et bonum venire licet non sit cogitatum. l. consensu. ff. de actio. τ obliga. secus in actionibus stricti iuris in quibus debitor liberatur sed tenetur actione de dolo. l. eleganter. §. non solum. ff. de dolo. τ. l. exhibitionis. C. ad exhibẽ. nec obstat. l. si heres generaliter. j. eod. quia ibi exponitur de dolo. i. ex testamento nomine doli. ita concludunt Bar. τ alij hic. τ in. d. l. exhibitiõis. post Cy. τ no. Bar. in. l. qui tibi. §. j. ff. de solu. et in. l. iulianus. §. j. ff. de verbo. obliga.

1 Emens rem sibi legatã debet eam habere sine solutione pretij τ si soluit repetit si emit ignoranter.
2 Legatarius emens scienter ab herede rem sibi pure legatam an videatur renuntiare legato.
3 Herede rogato post eius mortem vel sub cõditione restituere hereditatem titio si titius conditione pendente aliquas res ab herede emit quod cõditione eueniente titius repetat ab herede pretium rerum emptarum.
4 Actione proueniente ex contractu ad resolutionem ipsius contractus agi potest.

5 Emptor qui consequitur a venditore rem emptam ex alia causa quã emptionis: non tenetur soluere pretium et solutum repetit.
6 Qui non facit quod debet: non recipit quod oportet.
Qui differt facere quod debet: nõ potest petere quod sibi debetur.
7 Exceptio doli quod obstet agenti ex contractu bonefidei contra equitatem ex sui natura.
8 Venditor qđ tenetur de euictione etiam quãdo res euincitur ab ipsomet emptore ex noua causa vel ex veteri de nouo in suam notitiam proueniente.
9 Dominium rei legate sub conditione: conditione pendente non transit ipso iure in legatarium.
10 Dominium rei legate in diem certam: non transit ipso iure in legatarium ante illam diem.
11 Dominiũ rei heredis legate per testatorẽ non transit ipso iure in legatarium: etiam si legata fuisset de expresso consensu heredis.
12 Res que est mea reuocabiliter: potest mihi esse obligata.
13 Emptio rei sue quando nulla sit.
14 Legatarius iuregentium ⁊ cõmuni non est dominus rei legate: sed iure speciali.
15 Actio ex empto ⁊ actio ex testamento an possint simul cumulari.
16 Causam possidẽdi qđ possum mihi mutare ex titulo de nouo ad notitiam superueniente.
17 Mutare causam agendi causa noua superueniẽte et diuersis respectibus quod quis possit.
18 Actio ex empto ex quo est bonefidei: qđ contineat omnia que dictat equitas euenire.

1 **Qui seruum.** †Emẽs rem sibi legatã debet eaʒ habere sine solutiõe pretij: qđ si soluerit repetet medijs hic expssis. h. d. ſm Bar. Bal. Ang. Sali. ⁊ alios: vel sic plenius ex mẽte Pau. de ca. si legatarius rẽ legatã ignorãs emit ab herede: et eã postea ex testõ fuit cõsequutus: aduersus petitionẽ pretij habet exceptionẽ doli. h. d. prima pars. Et si iam pretiũ soluit illud repetere potest p actionẽ ex empto. h. d. secunda pars. Si vero fuerit rem cõsequutus ex cõtractu emptionis ⁊ pretiũ soluerat: ad hoc vt pretiũ solutũ recuperet potest intẽtare actionem ex testamẽto ad candẽ rem: a qua heres non absoluitur nisi pretiũ restituat ⁊ rem legatarij faciat. h. d. tertia ⁊ vltima pars. Et sic habet tres partes: prout ponit tres casus. In prima loquit: qñ res erat integra ex vtroqȝ latere: qñ peruenit ad notitiam legatarij q seruus quẽ ab herede emerat erat sibi legatus: qꝛ nondũ fuerat sibi seruus traditus: nec ipse pretiũ soluerat: ⁊ sic respectu executionis hincinde res erat integra. In scđa loquitur qñ res erat integra ex parte venditoris: qꝛ rẽ non tradiderat sed non erat integra ex parte emptoris: qꝛ pretium iam soluerat. In tertia ⁊ vltima loquit: qñ ex neutra parte res erat integra: qꝛ iam seruus ex causa venditionis fuerat traditus: ⁊ pretium fuerat solutũ: ⁊ postea puenit ad eius notitiã qđ erat sibi legatus: vnde qꝛ habet seruũ ex cõtractu qui fuit sibi impletus: videbat q pretiũ repetere nõ posset: ex quo etiã implere pro parte sua tenebatur: ⁊ sic impleuit tenebat cõseruare: sed contrariũ decidit in hoc text. qꝛ ex quo ex alia causa legati debet emptori talis seruus: certe potest agere ex testõ ex illa causa legati: ex qua non habet: vt recuperet pretiuʒ qđ si abest. secũda ibi: qđ si pretio soluto. tertia ibi: qđ si iudicio ex empto. ⁊ reputat difficilis ⁊ valde subtilis. ¶ In
2 tex. ibi: ignorans hoc. ideo dicit † qꝛ si legatarius sciuisset seruum sibi legatum ⁊ scienter emisset ab herede rem sibi legatam: ⁊ legatum erat purum: tunc videretur repudiare legatum: ⁊ sic nõ haberet locum dispositio huius. §. qꝛ acceptãdo sciẽter causaʒ onerosam ex empto: videt renuntiare cause lucratiue legati. sup quo vide Bar. ⁊ alios in. l. qui rome. §. duo fratres. in. xij. q. ff. de vb. obli. Dy. Imo. ⁊ d. Alex. in. l. si a substituto. in prin. s. eo. Pau.
3 de ca. in. l. plane. C. q si rẽ. s. eo. ¶ †Et quid si heres rogatꝰ est post eius mortẽ vel sub alia conditione restituere titio hereditatẽ ⁊ interim pendente cõditione titiꝰ emerit ab herede aliquas res hereditatis: an postea eueniente cõditione possit habere hereditatem: ⁊ etiã recuperare pretiũ illarũ rerũ quas emerit ab herede. istũ passum tangit Io. an. in addi. Spe. in titu. de emp. ⁊ vẽd. §. tertio loco. ad fi. vbi refert quosdã tenere qđ nõ: quasi videatur emisse dubiũ euentũ. l. si iactum retis. ff. de act. emp. qꝛ potest conditio deficere si titius moreretur ante heredem. l. si cũ heres. ff. qñ dies leg. ce. ⁊ iste tex. loquitur de re specialiter legata. Contrariũ post multa notabiliter ꝯcludit per istũ tex. ⁊ qꝛ est eadẽ ratio que est in re particulari legata. allegat ad hoc. l. imperator. §. fi. j. ti. j. vt ibi latiꝰ per eũ ⁊ simpliciter sequit Pau. de cas. ⁊ d. Alex. hic: ⁊ faciũt notata p Bar. in. d. §. duo fratres. in. xij. q. ¶ No. primo
4 ex tex. ibi: actione ex vendito absolui debet ſm Bal. qđ agi pôt actione proueniente ex contractu ad resolutionem ipsius contractus ꝑpter causam superuenientẽ que resistit equitati cõtractus facit. l. sed ⁊ celsus. §. si fundus annua. ff. de contrahen. emp. ⁊ l. si fullo. ff. de condi. sine cau. tu vide glo. hic: in verb. ex vendito. duplíciter declarantẽ istũ tex. ⁊ ſm primã declarationẽ que est verã
5 iste tex. nõ probaret hoc notabile. ¶ †Scđo no. q vbi emptor consequitur a venditore rem emptam nõ ex causa venditionis sed ex alia causa: non tenetur soluere pretiũ imo solutũ potest repetere: ratio qꝛ pretiũ debet correlatiue ad rem ex causa emptionis. l. iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. ergo si res habeat aliter q ex causa emptionis emptor nõ implet cõtractũ ex parte sui: ergo etiam sibi non debet impleri. d. §. offerri. et. l. quero. §. inter locatorẽ. ff.
6 loca. ⁊ l. ediles. §. fin. ⁊ ibi glos. no. ff. đ edil. edi. † nam qui nõ facit quod debet nõ recipit qđ oportet. ita notabi. Bal. in ca. j. in vlti. colũ. qualiter dominꝰ a ꝓprietate feudi priuet. ⁊ i. c. j. §. porro. q fuit prima causa benefi. amit. facit. c. peruenit. ⁊ ibi Abb. de iureiu. sicut qui differt facere qđ debet nõ pôt petere qđ sibi debetur ita no. Bald. i aut. dos data. per illum tex. C. de dona. ante nup.
7 ¶ †Tertio no. qđ in cõtractibꝰ bonefidei qñ agitur cõtra equitateʒ semper ex natura sui obstat exceptio doli: vt hic. ⁊ l. sed ⁊ si ideo. in fi. ff. so. ma. ⁊ in. l. qui equitate. ff. de excep. do. nã heres hic agit contra equitatem ⁊ sic dolo facit: qꝛ petit pretiũ cũ rẽ nõ tradiderit ex causa venditionis ad qđ p prius tenebat. d. l. iulianꝰ. §. offerri. ⁊ l. qui pendente. ff. de act. empt. sed tradidit ex alia causa vel tradere debuit. s. ex testamento: ergo merito sibi obstat exceptio doli. Item heres dolo facit petere pretium illius rei quam testator voluit legatarium habere ex causa lucratiua legati: et sic
8 sine pretio. ¶ Quarto no. in ver. quẽadmodũ. † qđ vẽditor tenetur de euictione: nõ solũ qñ res euincitur a tertio: sed etiã si euincatur ab ipsomet emptore sibimet ex noua causa vel ex veteri de nouo in suam notitiam proueniente. ¶ In gloss. j. ibi: nulla esset emptio. s. per. l. sue rei. ff. de contrahẽ. emp. ⁊ sic non daretur actio ex empto: vel vẽdito: nec esset opus exceptione qđ esset cõtra istũ tex. gl. in effectu soluit tribꝰ modis. et sic ponit tres casus in quibus dominiũ serui legati statim non trãsiuit ipso iure in legata-
9 rium: ⁊ sic non potest dici emisse rem suam propriã. ¶ † Primꝰ qñ res erat testatoris ⁊ legauit sub cõditione ea pendẽte nõ trãsiuit dominiũ. ¶ Secũdus qñ res erat ꝓpria testatoris ⁊ eã lega-
10 uit in diem: intellige certã vt differat a primo casu: † qꝛ dies incertus habet pro conditione. l. dies incertus. ff. de cõdi. et demõ. ex qua solutione habes: qđ qñ legatũ est factũ in diẽ certã dominium nõ transit ipso iure in legatariũ ante illã diẽ: et sic dies etiã certa impedit trãslationẽ dñij: qꝛ lex nõ facit executionẽ ante diẽ nec pendente conditione: sicut etiam iudex nõ faceret. facit. l. sempronius attalus. ff. de vsufru. leg. ⁊ l. si seruus titij. vbi gl. ⁊ doct. s. eo. dixi in. l. j. post Barto. in vlti. col. s. eo. ¶ Tertiꝰ casus est qñ
1 res legata non erat testatoris sed heredis: ex quo no. † qđ lʒ testator de re heredis potest disponere vt de sua propria. l. vnum ex familia. §. si rem. j. titulo. j. non tamen rei heredis a testatore legate transit dñium recta via in legatarium: idem voluit glo. in. l. si heredis seruus. vbi dixi. s. eo. ⁊ istud procedit etiam si testator legaret rem heredis de expresso consensu ipsius heredis: adhuc non transiret dñium ipso iure in legatariũ ſm Bar. in. l. cũ quis decedens. in prin. per illũ tex. j. tit. ij. Bal. i. l. j. in. v. col. C. de lega. dixi in. l. j. s. eo. cum isto intellectu gl. transeunt Bar. ⁊ cõmuniter alij et est verus in se. ⁊ est tex. in. l. si ita sit scriptum. §. si sub conditione. j. titu. j. sed aduerte qꝛ vltimꝰ casus glos. planius procedit: qñ seruus legatus erat heredis q duo precedentes: qꝛ quando seruus testatoris fuit legatus in diem vel sub conditione saltem eueniente conditione vel die fuisset trãslatum dominium in legatariũ: ergo non procederet iste tex. in fi. qui vult quod si legatarius agat ex testamẽto non aliter heredem ex testamento absoluit quã si pretium restituerit ⁊ hominẽ actoris fecerit: pondera qđ actio ex testamẽto nõ competit nisi euenerit conditio vel dies ⁊ sic trãslato dominio in legatariũ: ergo nõ posset tunc heres facere hominẽ legatarij: vt dicit tex. cum iam esset suus: ⁊ p cõsequẽs emptio redderetur nulla: cũ esset sua propria: ⁊ sic nõ potuisset agi actione ex empto. vt dicit tex. nisi diceres qđ fuerat actũ actione ex vẽdito priusquã eueniret cõditio vel dies legati. iste intellectus gl. et cõmunis nõ caret multa diuinatione qꝛ tex. nõ facit mentionẽ de aliquo ex tribus casibꝰ positis hic in gl. vnde Pau. de cas. putat quod iste text possit de plano procedere: etiam in re ꝓpria testatoris pure legata. nec obstat tex. in. d. l. sue rei. qꝛ ille tex. procedit in re que est perfecte ⁊ irreuocabiliter mea: quod non est in re legata que nõ est legatarij irreuocabiliter cũ possit eam non acce-
12 ptare. l. si quis ita hereditatẽ. vbi glos. no. ff. de condi. insti. † vnde qua ratione mea res reuocabiliter pt mihi esse obligata. l. ex sertante. §. latinus. ⁊ ibi Barto. ff. de except. rei iudi. ⁊ l. in bello. §. si quis seruũ. ff. de capt. licet secus quãdo esset irreuocabiliter mea l. neqȝ pignus. ff. de regu. iu. eadem ratione possum eam emere: ⁊ cũ ista solu. Pau. de cast. transit simpliciter d. Alexã. sed caue qꝛ d. l. in bello. §. si quem seruum. et Bart. in. d. §. latinus. loquuntur quando res est reuocabilis per alium tertiũ qđ non est in legato: quia non est reuocabile per aliũ licet legatarius possit illud non

acceptare

acceptare ⁊ hoc respectu dicit non esse suũ irreuocabiliter anteq̃ acceptet. ẜm glo. in. d. l. si quis hereditatem. Unde tu respõde me
13 lius ex mente do. Pet. de belu. †nam rei sue nulla est emptio. d. l. sue rei. istud procedit qñ esset sua pleno iure ⁊ omni respectu. sed hic posito qꝺ iste seruus legatus fuisset proprius ipsius testatoris: ⁊ per consequens adita hereditate fuisset translatũ dominiũ in ipsum legatarium: tamen hec translatio dominij fit ex dispositione iuris ciuilis ⁊ iure speciali: sed inspecto iuregentiũ ⁊ cõmuni: iste legatarius nõ dicit dñs: istud patet duplici medio. primo
14 q: †dominium non concurrit cum hypotheca. d. l. neq; pignus. ⁊ tñ legatarius dñs de iure speciali: potest habere eandẽ rez legatam sibi hypothecatã: eo respectu q: iuregentium ⁊ cõmuni non est domin⁹: vt tenet Bart. in. l. j. ad fi. vbi dixi. s. eo. Bal. in. l. j. C. cõmu. de leg. secũdo istud patet: q: licet legatarius habeat dominium ciuile: ⁊ propterea sibi competit rei vendicatio: tamen etiã habet actionẽ personalem ex testamento ad dandum: vt cõsequatur ab herede verum ⁊ proprium dominium de iuregẽtiũ: vt est tex. in. l. j. vbi Bar. ⁊ alij. C. cõmunia de leg. ⁊ ibi dixi. ita hic legatarius quãuis iure speciali esset dominus: potuit emere talẽ rem legatam ⁊ valuit emptio q: iuregentiũ ⁊ cõmuni nõ erat dominus. facit. l. si in emptione. §. rei sue. ff. de cõtrahẽ. emp. ¶ Capio glo. in verb. ex vendito. in qua tene primũ intellectum quia secũdus violat tex. exponere ex vendito. i. ex empto. ¶ Capio glos. fi. magnã in verb. ex testamẽto. que est glos. diaboli: ẜm Pet. de bella perti. ⁊ do. Alex. hic. ¶ Diuidit per do. Pe. de belu. in tres partes: put ponit tres intellectus ad tex. scḋa ibi: vel secũdo dic. tertia ibi: vel dic planius. Ista diuisio videtur congruere glo. sic superficialiter lecte: sed ex infra dicendis apparebit aliã esse mẽtẽ huius glo. Tu aduerte quod ista gl. est intricata: ⁊ male declaratur a scribentibus: vnde vt eã bene extrices aduerte qꝺ ista gloss. ⁊ glo. precedens in verb. actum sunt facte ꝓpter duas principales oppositiones. vnam non format glos. expresse: sed ego statim formabo. Aliam expresse format glo. circa eã principaliter insistit: ⁊ tres solutiones quas infra ponit gloss. ibi: vel secundo dic: possunt ad vtraq; oppositionẽ applicari. vt. j. dicam: licet ꝓprie ⁊ directo vadant ad oppositionẽ quam gl. expresse format. vnde mihi super ista glo. ⁊ precedenti est alius sensus quã Bar. ⁊ doc. habuerint. ¶ Unde diuide magistraliter istã gl. magnã in qnq; partes principales aliter q̃ Bar. eã declaret. In prima timore tacite oppositionis quã statim formabo gl. declarat tex. In secũda opponit cõtra tex. ⁊ videtur tribus modis soluere: vt dicebat do. Pet. de belu. sed sunt due principales solutiones aliter tamẽ q̃ dicat Bar. q: scḋa ⁊ tertia ad idẽ tendũt. In tertia ergo parte ponit primã principalem solu. qꝺ hic legatarius emit rem legatã a quodã extraneo: ⁊ contra istũ intellectũ duas oppositiones format. ⁊ prime respondet. deinde declarat tex. ẜm istum intellectũ: postea iterum ⁊ tertio cõtra cum opponit ⁊ soluit ⁊ sic sunt quatuor particule huius tertie partis. In quarta ponit secũdã principalẽ sol. ⁊ sic scḋm principalẽ intellectũ: qꝺ hic legatarius emerat ab ipso herede: ⁊ ad oppositionẽ. s. factam tripliciter respondet. In quinta ⁊ vltima eundẽ secũdũ intellectũ planius repetit assignãdo rationẽ: ⁊ qꝺ hic emit ab herede: postea exponẽdo tex. in alio loco. Ista est proprie mens ⁊ intẽtio huius glos. quicquid circa eam dicat Bar. secũda ibi: sed certe imo videtur. tertia ibi: solutio hic emit ab extraneo. quarta ibi: vel secũdo dic q̃ emit ab herede. quinta ⁊ vltima est ibi: vel dic planius. Tertia principalis põt subdiuidi in quatuor particulas: vt. s. dixi: similiter quinta ꝑncipalis põt subdiuidi in tres particulas: vt. s. dixi. ¶ Assumo primã oppo. quã glos. nõ format expresse ⁊ oppono contra tex. qui in tertia parte dicit: qꝺ si ex empto actũ fuerit ⁊ tũc actor cõperierit legatum sibi esse hominem agat: ⁊ agat ex testamento:
15 ⁊ sic vult iste tex. quod †iste due actiones. s. ex empto ⁊ ex testamẽto possint simul cumulari: sed contra: q: plures actiones diuerse ex diuersa causa ad candẽ rem cõpetentes cumulari non possunt. l. nemo ex his. §. quoties. ff. de regu. iur. ⁊. l. cuz filius. §. varijs. ff. de leg. ij. no. in. l. edita. C. de eden. propter istud contrariũ ista glo. magna in pn. dicit qꝺ alio iudicio ⁊ alia actione agit: ⁊ sic nõ põt dici fieri cumulationẽ: cum iste actiones fuerint in diuersis iudicijs ꝓposite: ergo nõ fuerunt in eodẽ iudicio cumulate. ⁊ duz gl. dicit alio iudicio satis presupponit q̃ primũ iudicium ex empto iam erat finitũ: ⁊ propterea glos. precedens in verbo actũ intelligit ⁊ peractũ: ⁊ sic fuit perfectũ et fuit cõsequutus rem q̃ fuit sibi tradita in executione actionis ex empto: postea glo. j. ibi: vel secũdo dic: ponit tres alias sol. que vt dixi etiã possunt ad istam tacitam oppositionẽ applicari: lʒ vere facte videãtur ꝓpter sequentẽ oppositionẽ quã gl. expresse format. ¶ Pria solutio est qꝺ dum tex. dicit actiõe ex testamẽto improprie ponit idest actiõe ex empto occasiõe testamẽti: ⁊ tunc nõ esset nisi vna actio: ⁊ sic cessaret ista oppositio de cumulatione. ista sol. nihil vʒ. pmo q: impropriat tex. qꝺ fieri nõ dʒ. l. nõ aliter. ff. de leg. iij. scḋo q: nõ est de mẽte huius litere q̃ facit differẽtiã inter actionẽ ex empto ⁊ actionẽ ex testamẽto. tertio q: est ꝯtra ordinẽ huius tex. qui vult q̃ primo egerit ex empto ⁊ postea egit ex testamento: ⁊ sic vtraq; cumulatiue. ¶ Scḋo modo respõdet gl. capiẽdo ꝓprie ex testã qꝺ p hoc tex. non dicit qꝺ de iure potuerit agi ex testã: sed bene ex empto. et sic gl. fatet cõtrariũ: qꝺ cũ de iure nõ potuerit ꝓponi actio ex testamẽto: ergo nõ fit cumulatio: sed qꝺ egit de facto ex testamẽto que sibi nõ cõpetebat de iure: sed ista est truffa: q: imo de iure potuit agi etiam ex testã: vt vult tex. ⁊ statim dicã. ¶ Tertio modo rñdet gl. qꝺ dum tex. dicit actũ fuit ex empto: dic sed non per actũ: ⁊ ita etiã exponit glo. precedens in verb. actum. in fi. ⁊ ista est vera: cũ text. simpliciter dicat actum: ⁊ sic qꝺ legatarius primo egerat actione ex empto ad rẽ: ⁊ non peregerat: q: nõ erat lata: sententia nec facta executio: vnde pendẽte adhuc iudicio in actione ex empto: ⁊ sic anteq̃ rem cõsequutus fuisset: cognouit postea talez rẽ sibi esse legatã: ⁊ sic cepit agere actione ex testã ad ipsam rẽ: et de iure potuit vtraq; actio simul proponi ⁊ fieri cumulatio istarum actionũ: eo q: cõpetunt ad diuersa. nã actio ex empto datur ad rẽ tradendã tantũ. l. ex empto. in prin. ff. de act. emp. ⁊. l. fi. ff. de ꝯdi. ob cau. Actio aũt ex testamẽto datur ad rem dandã ⁊ sic ad dominiũ transferendũ: vt hic in fi. ⁊. l. si domus. §. de euictione. ⁊ ibi notant doc. s. eo. ergo cũ dentur ad diuersa ⁊ ex actione facta ex vno non contingit liberatio ex alio: ⁊ sic nõ sunt contrarie: nec electione tollunt: ideo admittitur cumulatio. vt. l. si idem cũ eodẽ. in pn. ff. de iuris. om. iudi. no. doct. in. d. l. edita. vnde aduerte q̃ si seruus legatus non erat testatoris nec heredis: heres tradendo ex causa emptionis non transtulit dñium: q: non habebat: ⁊ tñ fuit liberatus ab actione ex empto: quia tenebat solũ tradere: vt statiʒ dixi: sed nunc quando cõuenietur ex testamẽto tenebit seruũ facere legatarij: ⁊ sic eum redimere a dño si erat alienus: ⁊ sic consequet legatarius in ista tertia parte tex. per actionẽ ex testamento qꝺ heres faciat ipsum dominiũ rei legate vt dicit tex. ibi prope fi. et hominẽ actoris fecerit: per actionẽ vero ex empto cõsequetur restitutionẽ pretij qꝺ heredi dedit: nec aliter ex testamẽto absoluet: quasi nõ impleuerit causam testamenti: vt habes in text. et ita habes expeditã primã oppositionẽ. s. formatã quã glo. non format expresse: ⁊ in eius solu. inordinate procedit hic: in diuersis locis et in glo. precedenti. nec doc. bene declarant. ¶ Secũda oppositio quã glos. expresse format cõtra text. est quod imo debeat agi hoc casu actione ex empto ⁊ non ex testamento per. l. cui res. ⁊. l. iulianus. §. si fundum. ff. de act. emp. vbi legatarius cõditionalis qui emit rem legatam: per actionem ex empto consequitur pretium quod soluit: q: non ex causa legati rem habet. vt ibi. ⁊. l. fundo. ff. ad leg. falci. non autem datur actio ex testamento per quam consequetur pretium: vt hic dicitur in tex. gloss. videtur ponere tres solutiones: prout. d. Pe. de belu. diuidebat istam glos. vt. s. retuli sed sunt due principales: aliter tamen ⁊ aliter quã Bart. referat. ¶ Prima principalis solutio glos. est: quod hic legatarius emerat ab extraneo: cõtra quem nõ potest competere actio ex empto cũ impleuerit quod debet: sed in cõtrarijs emit ab herede: cõtra quem potest agere ex empto. ¶ Contra istã primã solutionem ⁊ sic principalem intellectum quatuor obstant. Primo ob. princ. tex. ibi: ab herede emit: ⁊ punctuatio quam facit glo. videtur violare literã. Secundo obstat tex. in fi. ibi: ⁊ hominẽ actoris fecerit quod conuenit heredi: nam extraneus vendens non tenetur trãsferre dominium. l. ex empto. in prin. ff. de actio. emp. ẜm gl. Tertio obstat versi. queãdmodum. si enim non emisset ab herede: sed ab extraneo: nõ posset heres cõueniri: ac si esset euictus ẜm Barto. Quarto qꝺ etiã iste sensus stare non possit: naz si ab extraneo legatarius emisset: quomodo teneretur heres soluere legatario illud qꝺ ipse extraneo soluisset: vt dicit gl. certe sufficeret si heres rem prestet ⁊ transferat dominiũ: nam pretiũ solutum debet legatarius repetere cui soluit. Secũda principalis solutio est: qꝺ legatarius emerat ab ipso herede ⁊ bene: prout tex. in princ. dicit qui semper loquitur in eodẽ casu: quicquid dicat gl. in. d. l. fundo. ff. ad leg. falci. ⁊ gl. j. in ver. vel scḋo dic tenẽdo istũ intellectũ ponit tres solutiones que etiã possunt ad istud cõtrariũ cõgruere sicut ad precedẽs: licet principaliter vt dixi sint facte propter istũ cõtrariuz: ⁊ due prime textũ impropriant: vt dixi. s. ideo sunt reijciẽde. Tertia potest procedere etiam ad cõtrariũ dicte. l. cui res. quod hic fuit actum ex empto vt dicit litera: sed non per actum: et sic res nõ erat adhuc tradita ex causa emptionis quando cepit agere actione ex testamẽto: vnde hic agitur actione ex testamento ad rem legatam: vt rem cõsequatur: ⁊ etiam per indirectũ: pretiũ: quasi nõ videatur rem legatã habere: donec etiam pretium solutum rehabeat. l. plane. §. qꝺ si rem. s. eo. posset etiaz agi ex empto ad pretium: vt in. d. l. cui res. que nõ negat quin etiã agi possit ex testamẽto. Postea gl. in ver. vel dic planius. videtur velle aliter soluere sed non directo soluit: tamen mens gloss. fuit: quod sit in electione legatarij an agat actione ex testamẽto ex quo sibi abest

pretium.l.etiam.ff.de solu.allegata in gl.an vero agat actione ex
16 empto.† Istā solu.sequitur Bar.sic declarādo: ꝙ si ego habeo rē
ex causa emptionis que mihi tradita est: ⁊ pretium solui: possum
in aīo meo cōstituere habere ex causa legati: ⁊ sic possum causam
possidendi mutare ex titulo de nouo ad notitiā superuenientē.l.
iij.§.ex plurimis.ff.de acqui.poss.vel ex causa extinseca superue
niente.l.nemo.C.de acqui.pos.⁊.l.pe.⁊ fi.ff.si pars here.pe.⁊.l.nō
solū.§.qd vulgo.ff.de vsucap.⁊ tunc possum agere cōtra te actio-
ne ex empto quasi mihi ꝑ si euiceris.ita loquitur.d.l.cui res.⁊.d.
l.fundo.aut cōstitui in animo meo velle habere ex causa emptio-
nis: prout etiam rem habui nec mutare titulum in meipso: ⁊ tūc
agam ex testamēto: cū nō videar rem mihi legatā habere: ex quo
nō habeo ex illo titulo.⁊ ita loquitur finis huius text.⁊ si vult le-
gatarius possidere titulo ex empto: debebit agere actione ex te-
stamēto ita loquitur tex.hic: sed si vult possidere titulo legati de
biti: debebit agere actione ex empto.ita loquunt̄ cōtraria: ⁊ istaȝ
solu.sequit̄ Ang.hic: ⁊ in.d.l.fundo quāuis Jo.de imo.eam co-
netur impugnare per aliqua quib⁹ respondet.⁊ bene.d.Ale.hic:
ad quē te remitto. Raph.cu.etiā reprobat bar.ex alio: ⁊ dicit qd
est truffa: qd iste legatarius idēq̃ emptor possit sibi mutare cau-
sam: vnde si semel elegerit actionē ex empto ad pretiū allegando
se rē habere poti⁹ ex causa legati quā empti: nō poterit agere ex
testamēto ⁊ allegare oppositū ⁊ dicere qd non habet rem ex cau-
17 sa legati sed ex causa onerosa.† Tu dic qd sicut pōt quis sibi mu-
tare causam possessionis ex noua causa extrinsecus superuenien-
te: vt in iurib⁹.s̄.prime allegatis: ita potest quis sibi mutare cau
sam agendi superueniente noua causa ⁊ diuersis respectibus: vt
declaraui in precedenti oppositione: bene verū est: qd glo.nō vo-
luit idē qd Bar.qd pendeat ex voluntate legatarij ex qua cā ha-
beat: vt dicit Bar.sed voluit glo.qd licet vere retineat rem ex cā
legati: tamen non videtur habere: ex quo pretium sibi abest: ideo
agit ex testamento vt hic: potest tamē etiā pretiū petere actione
ex empto.d.l.cui res.per rationem quā text.ibi: in fi.assignat.qꝛ
nō ex cā legati rem habet: quā rōnē sic declara ex mēte Rapha.
18 nam † actio ex empto que est bonefidei cōtinet omnia que dictat
equitas euenire: etiam si non fuerit cogitatum a contrahentibus
vt hic dicit glo.in verb.iudicium.sed equitas contractus bonefi
dei dictat: qd lȝ habuerim rē ex causa emptionis: tñ qꝛ erat mihi
aliunde debita titulo lucratiuo: ⁊ per hoc est factū qd aliunde nō
habeam; equitas dictat qd etiam pretium ex causa emptionis cō
sequar: ⁊ sic potero agere ex testamēto vel ex empto non illo colo
re quo vtitur Bar.sed qꝛ equitas bonefidei in vtraq̃ hoc dictat.

1 ☞ Si pater dotem primo promissam postea leget: videtur pro
dote legare.
2 Legatum factū genero pro dote promissa pro filia: qd sit nullū.
3 Si pater legat filie dotē primo promissam genero: videtur lega-
re animo compensandi.
4 Si pater filiam prius dotatā instituit in legitima: intelligitur do
te computata.
5 Si pater promisit dotē filie ⁊ postea decessit filio ⁊ filia heredib⁹
institutis onus dotandi pertinet in totum ad filiam.
6 Due persone si concurrunt ⁊ petunt illud qd vtriq̃ est debitū in
solidū: sed vna solutio sufficit: tunc obstat exceptio doli ne bis sol
uatur ⁊ vt neutri soluatur nisi concordent cui eorum soluatur.
Duo rei credendi si simul ⁊ semel agant insolidum: repellunt̄ ex-
ceptione nisi sit protestatum qd vnica solutio sufficiat.
7 Testator in dubio non presumit̄ grauare heredem duplici onere
ꝑstationis: etiā cōcurrēte fauore sanguinis: item ⁊ fauore dotis.
8 Maritus si expresse legat vxori centum que in dote habuit: non
valet legatum: nisi in cōmodo representationis: ⁊ quādo videat̄
legare animo compensandi.⁊ nu.10.
9 Pater ad dotandam filiam tenetur ex legali dispositione.
10 Maritus ad dotis restitutionē tenetur ex proprio contractu.
11 Si pater legat filie centū cui primo dotē promiserat de centū nō
apponendo eadem: an in dubio videt̄ legare animo cōpensandi.
12 Compensatio quod non fiat de quātitate ad speciem: sed de quā
titate ad quantitatē sic: ⁊ quid quando sunt dispares.
13 Tex.in.l.si pater pro filia.C.de colla.dotis.qualiter intelligatur.
14 Dictio siue: qd lȝ sit disiūctiua qd tamen habeat naturā copule.
15 Si pater primo dotat filiam et dotem tradat: postea legat an filia
debeat habere vtrunq̃.
16 Si pater prio legat filie: postea eā dotat: an filia habebit vtrūq̃.
17 Legatum simpliciter factum: in dubio presumitur factuȝ animo
compensandi.
18 Quātitas expressa in legato nō minuitur per causam adiectam.
19 Dos constante matrimonio augeri potest.
20 Pater aut auus si reliquit filie mille pro ea maritanda: ⁊ postea
ipsa nupserit viuente ⁊ sciente testatore: qui ei nihil dedit: qd po
terit filia petere legatum factum pro dote actione ex testamento.
21 Filia maritata a patre vel patruo cū minori dote qd prius eidē le
gata fuerat poterit petere legatum sibi prius factum vel eius re
siduum non obstante qd sit maritata.
22 Pater dotem etiam promissam pro filia minuere non potest.
23 Frater qui egregie maritauit sororem cū minori dote quā pater
reliquerit: tenetur tamen integram dotem ei dare nisi facta fuis-
set liberatio.
24 Si testator legauit pro filiabus maritādis lȝ vna maritata ⁊ do-
tata sit de bonis maternis: debetur etiam ei legatum paternum.
25 An tex.hic procedat etiam si testator legauit genero: ⁊ sic nō filie
dotem eidem promissam.

1 **Cum pater.** † Si pater dotē primo ꝓmissam post-
ea leget: videt̄ pro dote legare.h.d.ꝭm
Bar.Ang.⁊ Sali.⁊ Imo. vel sic ꝓpius ad literā: ꝭm Bal. si pa
ter dotē genero promissaȝ leget filie: nō tenetur heres ad duplicē
prestationē: sed ambo alterutra prestatione debēt esse cōtēti.h.d.
et iste casus est sing.ꝭm Cu.hic: cum etiam reputat singu. Pe.de
bexu.hic. ¶ In tex.ibi: eidē.s.filie: ꝭm glos.⁊ bene: qꝛ tex.nō facit
mentionem nisi de filia: ergo illa dictio eidē debet intelligi.s.filie
2 vel eidē genero.ꝭm Bal.⁊ isto modo † ꝓmissio ⁊ legatū fuit factū
eidē genero: ⁊ videtur in effectu legare filie: et filia aget ex tali le-
gato pro suo interesse lȝ verba sint relata ad generū: qꝛ eius preci
pue interest caȝ esse dotatā.l.seruo legato.§.si testator.s̄.eod. sed
caue qꝛ si legatum fuisset factū genero cui etiā dotē pater promi
serat certe tale legatum nō valuisset qꝛ debitor legasset creditori:
et sic marito qui erat creditor: ⁊ nullum emolumentū mariti cōti
net ergo nō valet.l.si creditori.in fi.⁊.l.seq.s̄.eod.⁊ ita est casus ad
literā cōtra Bal.ī.l.cum pater.ff.de iure do. de quo Bal. nō fuit
recordatus.vbi ⁊ tex.formalis ꝙ si pro filia dotē ꝓmissam pater
legat marito ⁊ sic genero tale legatū nō valet qꝛ debitor legat cre
ditori.ita ibi tex.nisi respōdeas sustinēdo Bal.ꝙ nō valet legatū
verū est respectu generi: sed bene valet respectu filie: vt ipsa agat
cui⁹ interest.l.si cui.§ si titio.⁊.l.seruo legato.§.si testator.s̄.eod.
ꝭm Pau.de cast.hic: ⁊ ꝭm Rapha.cu.ī.d.§.si testator. tñ est ma
gna violētia ad illū tex.vnde teneas primū sensum qd tex.in ver.
eidē.intelligit̄.s.filie: prout etiā vult Barto. in vlt.q. ¶ No.j.ex
3 isto tex.† qd si pater primo ꝓmisisset certā quātitatē genero pro
dote filie ⁊ postea legat filie pecuniā pro dote ꝓmissam videtur le
gare animo cōpensandi ⁊ sic filia debet alterutro esse cōtenta: sed
punctus est videre q̃ sit ratio fundamētalis; dic qd istud operat̄
vnitas cause finalis.s.vt filia dotem habeat: q̃ vnitas versat̄ tam
in ꝓmissione dotis facta genero quā ī legato facto filie: vnde ista
vnitas cause finalis: facit qd ista quātitas semel tantū debeat̄: nō
obstāt diuersitate obligationū ⁊ personarū.ita est tex.hic.secus
qñ nō adesset idētitas cause: vt si testator legaret sempronio decē
que titio debet valet legatū ⁊ vterq̃ effectualiter admittit̄ vt.l.si
4 sic.§.j.s̄.eo. Adde ad hunc tex.⁊ ad istud notabile qd † si pater fi-
liam prius dotatā instituit simpliciter in legitima intelligitur cō
putata tamen dote: ita notabiliter tenet Bal.ī.l.qm̄ in priorib⁹.
in vlti.col.C.de inoffi.test. sequitur Pau.de cast.ī.l.qm̄ nouella.
in.j.col.eo.tit.et lati⁹ do.Alex.in.l.si cum dotē.§.si pater.ff.solu.
matri.⁊ in.l.pater filiam.in prin.in vlti.col.ff.ad legē fal.facit tex.
5 solēnis in.l.j.§.pe.ff.de colla.do.vbi est tex.qd † si pater promisit
dotem filie et postea decessit filio ⁊ filia heredib⁹ institutis: quod
onus dotādi non pertinet ad filiū pro dimidia pro qua est heres
sed totum est in parte ipsius filie: quem tex.ad hoc reputant mi-
rabilem ⁊ singu.Ludo.ro.⁊ do.Alex.ī.l.post dotem.in.xix.colū.
ff.solu.matri.sed ego addo alium tex.similem in.l.ij.C.de colla.de
veritate tamē illius dicti Bal.in.d.l.qm̄ in prioribus.dixi plene
in.d.l.quoniam nouella.in.j.colū.vbi vide: ideo nō repeto. ¶ Se
